





1. Alberti s. Valent. / diff. de  
munificientia Divina in  
N. T. Lipsie, 1668.
2. Arcularij s. Dan. / diff. sistens  
theses Theologicae de Quaestio-  
nibus aliquot controversis,  
Marburgi, 1695.
3. Hunnius s. Agid / proposi-  
tiones Theologicae de eter-  
na Prædestinatione Filio-  
rum Dei ad Salutem,  
Franfurti, 1599.



99.A.6909

33  
34

M. AVGVSTI GVILIELMI  
REINHARTI,  
ECCLESIAE HERINGENSIS PASTORIS PRIMAR. ET  
CONSISTORII ADSESSORIS

DE  
SCOPVLIS QVIBVS DAM EX HYMNIS  
CVM AKPIBEIA COLLIGENDIS,  
*COMMENTATIO I.*

---

AD VIRVM  
SVMME REVERENDVM, AMPLISSI-  
MVM ATQVE DOCTISSIMVM  
DOMINVM  
**JO. CHRISTIANVM  
STEMLERVM,**

THEOLOGVM DOCTRINÆ PARITER ET GER-  
MANÆ ILLIVS SOLIDÆQVE PIETATIS LAV.

DE EXCELLENTEM,  
HODIE APVD TORGAVIENSES PASTOREM PRIMARI-  
VM, ET EIVSDEM DIOCESEOS EPHORVM GRAVISSIMVM AMICVM  
SVVM ET VETERANVM, ET VENERANDVM,

**SVMMOS. IN THEOLOGIA HONORES,**  
LIPSIÆ HOC IPSO, QV<sup>O</sup>I AGITVR, ANNO MDCCXXXI.  
SOLENNI RITV CAPESENTEM,  
ΦΙΛΓΑΣ ἜΝΕΚΑ, ET CONGRATVULATIONIS  
ERGO PERSCRIPTA.

---

SONDERSHVSÆ,  
LITERIS IAC. ANDR. BOCKII, TYPOGR. AVLICI.







VIR SVMME REVERENDE,  
DOMINE, FAVTOR ATQVE  
FRATER IN CHRISTO  
SINGVLARITER MIHI COLENDE.



Iicut rerum omnium, quibus ad literas & ad virtutem accendi-  
mur, nihil esse, existimo, quod nos perinde excitet, quam si ad amandum vel imitandum ii no-  
bis proponuntur, quorum est eximia propter singularem  
probitatis & eruditionis ratio-  
nem, apud optimos quosque,  
vel admiratio, vel opinio; Sic  
b. JO.ELIÆ HOFMANNO,  
viro prudenti, &, dum vive-  
ret, Reipubl. Sangerhusanæ ornamento, communi quondam  
nostro fautori, etiam post funera, obstrictum me profiteor,  
quod is, adhibita ad Te considerandum penitus industria,

A 2

non

non solum virtutem tuam mihi prædicavit primus, sed & il-  
lud præterea effecit, ut illa divinarum humanarumque re-  
rum cum benivolentia, caritateque consensio, quæ Ciceroni  
amicitia vocatur, nos inter stabiliretur. Enimvero qualis ab  
eo tempore, duce tam bono, inventus mihi sit thesaurus, qua-  
lem mihi selegerim amicum, id nemini libentius dico, quam  
mihimetipſi, qui, perspecta vel fide, vel virtute amici, pri-  
dem didici, supervacaneam esse, immo cum turpi quadam  
assentatione, conjunctam, commemorationem eorum, quæ  
me ad amandum moverunt momentorum.

Sed excessit e vita, opinione quidem citius, fautor, &  
nostræ stator amicitiae *Hoffmannus*. Tibi præterea Sanger-  
husa Numburgum, &, mihi, Francohusa, Heringiam con-  
cedendum est, Numinis quidem intercedente sapienti con-  
filio. Itaque, ne nostra emoriatur amicitia, vel ejus saltem  
robur debilitetur & cadat, verendum est. Sed neutrum  
ab isto vel casu, vel mutatione, existit. Dolemus quidem  
inopinatum fautoris discessum, at eum tamen æquo ani-  
mo ferimus, memoriam viri, de nostra amicitia tam bene  
meriti, reuerenter habentes, & manibus ejus bene precan-  
tes, diuinioribus edocti literis, certo persuasi, mortem tan-  
tummodo esse funestam iis, quorum cum vita salus æterna  
extinguitur, non, quorum felicitas, per liberatorem, fide pre-  
hensum, parta, interire non potest. Nutum præterea sequimur  
lubentes ejus, qui res nostras sapienter moderatur & statuit,  
aliquo antea locorum interuallo disjunctos, longinquiori  
spatio a se inuicem diuellere. Nec minus mentem seruamus  
honestæ jucunditatis, semel perceptæ, memorem, minime  
omnium passuri, vt vlla vel ætatis degendæ, vel vicissitudi-  
nis ferendæ ratio, suauissimi illius, ejusdemque veri rectique  
amore perciti sensus, remaneat expers.

Quo

Quo pæto, ne omni pariendarum voluptatum ſpe plane excidiffe videamur, neue ullis tegi simulationum involucris, aut quaſi velis quibusdam obtendi noſtrā vtriusque aduerſus alterū voluntatem, putandum ſit, literarum, quod ante hos duodecim annos nos inter viguerat commercium, commode reuocatur. Eſt in amicitia, Cicerone judge, neceſſarium, vt alter nibilo ſe plus, quam alterum diligat, quod ſi enim tantillum interſit, jam amicitiae nomen occiderit, cuius eſt ea viſ, vt simul atque ſibi aliiquid, quam alteri, maluerit, nulla ſit. \* Ad hujus tam sapientis rationem moniti, quanta fieri potest, ut, & affiduitate, & ingenuitate, me componam, omnem lapidem moueo: repeto ſcribendi officium, &, dum repeto, meam amoris significationem, non solo ardore, qui adoleſcentulorum moſ est, ſed ſtabilitate potius, & constantia, judicandam, nihil mihi aliud, teſtificor, eſſe, niſi velle, vt bonis omnibus, quibus TE adhuc affecit diuina περονα, fruaris ex voto; atque ad prætantiam virtutis, ingenii, fortunæ, quam conſecutus eſt, majora indies accedant incrementa.

Quapropter intimis animi gaudiis perfundor, poſtquam ſuperiori anno renunciatum mihi eſt, in eo versari res, fortuinasque tuas, vt, relicta ea ſtatione ſacra, quam Numburgi cum omnium applauſu peregisti, Torgauiam translatus, ad obeundum grauifſimum Præfulis in eadem ciuitate munus, diuino judicio ſtudioque delatum, TE accingas, ejusdemque primordia ritu capias ſolenniori: cauſamque adeo ſatis iuſtam, mihi ſubnaſci, intelligo, meam erga TE volun-tatem publico quodam ſcripto declarandi, maxime, cum non minori voluptatis ſenſu acciperem, nouo TE & publico quidem doctrinæ pietatisque teſtimonio ornari ab academia Lipsiensi, quæ communi celeberrimorum virorum ſuffragio, Doctorem Theologum TE non ita pridem renunciauit.

A 3

Solet

(\*) L. i. de legibus.

Solet alioqui hujusmodi dignitas, si veteranum illum Vitembergensium Theologum, *Justum Jonam*, judicem, audiamus, ex nostro ordine paucis admodum, & nemini, nisi cuius ingenium & mores longo vsu perspecti fuerint, decerni. (\*) Quo magis virtutem tuam, Viris probatam optimis, facio magni, deque gratulandi partibus, argumento item, in quo pertractando, officium meum religiosè, caste, integre que versetur, cogitare incipio. Ubi tamen illius, quod, e foro literario petitum, *de quibusdam inferiorum scholarum Regoribus in ecclesiás academiasque vocatis*, olim conscripsi, & honoribus. S. R. CLVGII nostri diaconi, continuationem impetrare a me vix potui; non, quod judicem, tua & persona & meritis, quæ in scholas ecclesiasticas summa sunt, illud esse indignum, sed quod existimem, ingratum me fore molestum que aliis, si eadem, quod dicitur, chorda, semper oberrem.

Itaque e foro literario expatiior in theologicum, atque ibi, quanta fieri potest, circumspectione, pondero, notabiliores istos scopulos, quos nonnulli in theologia hymnica, nec sine ratione, sibi visi sunt invenisse. Id mihi nimis haud grauatim dederis, FRATER, cum omni theologiam tractandi interiore modo, ita comparatum oportere esset, ut ad ὑπετυπωσιν των ὅγιανοντων λογών, ea proxime accedat. Itaque porro mihi adsentieris & illud, ecclesiam, quæ carminibus delectatur, in iis recipiendis, prudentiam, sacramque poëtam, in condendis iis, decere ἀνθεῖαι, veram illam & mimime fucatam. Vtraque certe pars, dum suam promouere, dum aliorum æternam salutem studet, testatum faciat, necesse est, se doctrinam diuinitus patefactam, non recte modo perceperisse, sed conseruaturam quoque, & cum aliis esse communicaturam. Sed ut de prudentia, quam ecclesiæ, ea in parte tam

(\*) Orat. de gradibus in Theologia, quæ extat T. I. Select. declamat. Melanchtonis p. m. 32.

tam necessariam, inter pia forte desideria hinc inde referendam esse, judicabis, sententiae tuæ nihil requiram, id ego libere profiteri, non vereor, salua veritate, adduci nequaquam me posse, ut credam, omnes eos, quotquot unquam hymnis condendis operam nauarunt suam, tanta ubiuis ~~angeli~~  
~~angelorum~~ vsos esse, quanta ad communicandum cum aliis genuinum Spiritus Sancti sensum, opus esse videbatur.

Ipse arbiter esto, Vir summe reuerende, annon justæ fuerint caussæ viris, priorum post C.N. seculorum, de doctrina puriori meritissimis, & pro ea, tanquam pro aris & focis pugnantibus, *Tertullianis*, puta, *Ephræmis*, *Athanasis*, aliis, culpandi conatus eorum, qui capita orthodoxæ religionis, metro complexa, errore vel Platonico, vel alio quodam, *etiam* ~~etiam~~ hæreseos pleno sermonis genere corrumpere, non dubitarent? Sic, quando recentiori ætate cognitum habemus admodum salutare studium, quod Viri de re hymnica eximie meriti, *Gæzii*, *Cypriani*, *Olearii*, *Serpili*, *Læscheri*, *Wernsdorffii*, *Schamelii* denique, & multo plures, in examinanda theologia, quæ est in hymnis, posuerunt, fraudibus nouaturientium, errores suos, cantilenis propagantium, obuiam ituri, annon ex eodem hoc tantorum virorum, præstito ecclesiæ, tam utilissimo officio, conjicere liceat, de Theologia, quæ ope hymnorum solet propinari, accurratione sua saltem hinc inde, multum defecta? Atque vtinam omnes, quorum in conficiendis sacris hymnis, occupata unquam, versataque industria est, dictum sibi putassent illud AVGVSTINI, qui, *malle nos debere, inquit, veriores, quam disertiores audire sermones, sicut malle debemus prudentiores, quam formosiores habere amicos.* (\*) Certe vbi de rebus theologicis sermo est, maxime iis,  
quæ

(\*) L. IX. de catechizandis rudibus, cit. a b. Jo. Andr. Schindler, in, de modo propagandi religionem per carmina, dissertation. p. 54, sub finem.

quæ plebi rudiori, doctrina salutari imbuendæ, velut ope hymnorum fieri solet, inseruire debent, si omnes hymnopoëorum loquendi modi, ab integritate puritateque commendari possent, si mentem Spiritus Sancti, quæ pio sacramentum literarum scrutatori obvia est, qua decet ἀνθετα, sequuti fuissent omnes, tum nihil omnino metuendum erat, siue ab erroribus, siue errorum suspicionibus, siue, ut lenius loquar, scopolis, qui, carminibus sacris illati, grauem omnino, alias offendendi, occasionem præbuisse, censendi sunt.

Sola vero phrasæologia ad hymnos, in canonem cantus ecclesiastici relatos, applicata, scopulorum numerum non absolvit. Sunt enim aliis alii notati scopuli. In his *auctor, poësis, melodia*, alia, quorū in primis retulerim carminum probatissimorum nunc mutationem nunc rejectionem, fatorum nomine comprehensam, *judicia item duriora*, de sacrī hymnis lata, multos offenderunt, vt adeo non spicas, sed messem inuenias, siquidem colligendis iis tempus insumere, atque operam velis. Vt iero optime præcipis, FRATER, circa noui muneris tui auspiciū de ἀνθετα in genere, & eximie quidem, commentatus, (\*) nihil videri hoc aeuo nobis, qui doctrinā in ecclesia sustinemus personam, magis necessarium, aut majori curandum religione, quam ἀνθετα, vere theologicam, in sacri muneris administratione, sic ego, ad argumentum de scopulis hymnicis delatus, de eo nonnulla, φλως ἐνεκ, Tecum communicaturus, religioni mihi duco, aliter, atque Tu existimas, judicare; Scopulos nempe ex hymnis colligenti, opus esse, reor, duce ἀνθετα. Atque huc quidem omnis nostra opera, qualiscumque licet, tendet, quam etiam, bona tua pace ac venia, nunc persequemur ulterius. Quæris

(\*) Prodiit hæc lestu jucundissima commentatio I. de ἀνθετα in sacri muneris administratione, nostra in primis ætate necessaria, Torgauiae 1740. Dom. Reminiscere.

ris: quis ordo dicendorum futurus sit, in argumēto proposito, pro virili tractando? Enī summa ejus capita! I. vt de mente mea planius constet, occasione vocabulorum, quibus thema meum constat, nonnulla obseruabo. II. necessitatem argumenti propositi ab objectionibus quibusdam vindicabo. Ac III. denique applicationem της ἀναρτείας ad rem ipsam, regulis quibusdam & observationibus, commonstrabo.

## I.

Sic igitur, primo loco, ad vocabula deuenio, quæ judicio mentis meæ, de argumēto, quod tracto, verbis exprimendo, in subsidium vocauī. Sunt eorum tria potissimum, græcæ quidem, quod appetat, originis, συνοπέλος nempe, ἔμπος & ἀναρτεία. Quorum prius sicut, figuratum esse, constat, in varias aptandum formas, sic idem, ἀπό των συνοπέων deriuatum, & proprie locum editum, ex quo circumjacentia intueri queant, rupe item, & prominens saxum denotans, in alienas omnino significationes translatum esse, probatissimorum lectoris scriptorum nos non finit ignorare. Dum vero solet, STAGIRITA obseruante, (\*) πῶν ἀσταφεῖς εἶναι το κατά μεταφορογον λεγομένον, quicquid metaphorice effertur, obscuritate quadam laborare, monstrato ornatu rhetorico, qui huic voculæ ex usu sacrorum &que ac profanorum auctorum adhæret, nostrum erit, allatis in medium peculiaribus quibusdam exemplis, ostendere, qualem nobis de ea, translate accepta, generatim quidem formandam habeamus ideam.

## II.

Ordiamur a scriptoribus profanis. Hos inter CICERO  
B ho-

(\*) Topic. L. VI. c. II. citante celeb. Christ. Frid. Bærnero in disp. exegetico-practica de regulæ herm. περὶ τῆς ισοδύναμιας & συναρτηματικοῦ & abusu, Lipsiæ 1723. §. VI. p. m. II.

hominem prodigum lautumque patrimonium conuiuiis dissipantem, *scopulum patrimonii*, (\*) Antonium FLORVS, quum & vultum gereret parricidali ardore suffusum, & ipse parricida esset, *scopulum securitatis publicæ*, (\*\*) eleganter appellauit. Sunt, qui vocem hanc, tralatitie usurpatam, de rauco quodam & agresti, eodemque propterea vitando dicendi genere acceperunt, ad quos GELLIVS spe&tat, atticarum elegans conditor noctium, (\*\*\*) qui de Phavorino, philosopho, relaturus, quomodo is adolescentem, veterum verborum cupidissimum, & plerasque voces, nimis priscas, & ignorantissimas, in quotidianis communibusque sermonibus expromentem, increparit, *Vive, inquit, moribus prateritis, loquere verbis præsentibus, atque id, quod a C. Cæsare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in, de analogia, libro scriptum est, habe semper in memoria, atque pectore, ut tanquam Scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.* Habet nempe obsoleta dicendi ratio plerumque aliquid sordidum & vitiosum, quod meretur a censoribus sermonis notari atque corrigi, idcirco tanto consideratius deuitandum, quanto pluris hominis ingenui interest, ne incondito, &, abhinc multis annis, jam desito sermone, vel propriæ existimationi noceat, vel aliis existat gravis, atque adeo justam eorum in se prouocet censuram.

## III.

Qui faciunt cum iis doctissimis Viris, faciunt autem permulti, qui non esse nullum profanorum scriptorum in explicanda saera codicis dictione usum, generatim quidem, sed so-

(\*) Obseruante BVCHNERO de commutata ratione dicendi p. m. 37.

(\*\*) L. IV. c. IX.

(\*\*\*) L. I. cap. X.

sobrie euicerunt, e quibus, instar omnium, FECHTIVM non minandum esse, limatissimi Vir judicij JO. HENR. a SEELEN, obseruavit, (\*) atque ii sigillatim, qui stylum Virorum θεοπνευστων minime barbarum esse, docuerunt, quod, alatius Augustini, Budæi, Flacii, Mornæi, Bezæ, Alstedii, Rueti denique, testimoniis, GLASSIVS, philologorum sacrorum coryphæus, demonstratum iuit, (\*\*) hi, inquam, nobis non succensebunt, si quandam vocis scopuli propriam translatamque significationem e sacris quoque paginis afferamus. Adeamus quæso loca Judic. XV, 8. Jes. II, 21. cap. LVII, 5. atque ibi voculam קֶרְבָּלָה quæ rupem, petram, seu scopulum notat, sensu maxime proprio adhibitam esse, deprehendemus. Sed vterius progressi, ad psalmum nempe CXIX, ejusdemque comma 113. inueniemus, וְאַתָּה שְׁעִיר Hieropsalti quosdam nominari סְעִירִים. Metaphoram hoc loco voci inesse, colligimus ex eo, quod Daudes istos סְעִירִים sibi, tanquam legis diuinæ amantissimo, opponit, & odio habet. Nimirum non petrosas ille præaltasque rupes, sed homines intelligit, quibus præ altitudine cordis sui, nihil ejus, quod est in lege Domini, sanum videtur atque rectum. Quianam vero sunt illi? LVTHERVS, chaldæum sine dubio secutus interpretem, qui, de cogitantibus cogitationes vanas, accipit, reddidit: *Die fladdegeister.* Nec male illud. Superbis enim & elatis hujusmodi hominibus, quibus diuina sordet veritas, nihil reliquum est siue certi, siue recti, vnde

B 2

ne-

(\*) Meditat. exeg. P. I. meditatione V. annotationum philologicarum in N. T. ex Plutarcho erutarum, specimen complexa, p. m. 145.

(\*\*) Vid. epistola ejus in rhetorica sacra εἰσαγωγὴ, de eloquentia S. Scripturæ in genere, Libro quinto Philologiae S. præmissa.

necessario eos fluctuare oportet, & suspensos animo esse, inconstantesque in doctrina salutis. Hæc GLASSII mei sententia est, (\*) cum qua minime omnium pugnat ea, quam e MARPERGERO, doctissimo sacrarum literarum interprete, adfers, (\*\*) quæ istos סעפִים de *inanum subtilatum inuentoribus ac patronis*, vult acceptos; dum enim subtilia affectant, & ista subtilitate sua omnibus volunt esse admiracioni, id consequuntur facile, vt in omnem inanitatem, siue res eorum, siue verba, respicias, prolapsi, nuspiam cum veritate, & adferenda ad cognitam forte veritatem constantia, habitare dicendi sint.

## IV.

Ne dubitemus de veritate hujus sententiaz, statim nos conferamus ad locum alium, qui isti Daudico est quoad rem parallelus. Is extat I. Reg. XVIII, 21. ubi Eliam diuino spiritu afflatum prophetam, habita ad cœtum Israelitarum concione, grauiter increpare, deprehendimus, confundentes religionem, siue, quod idem est, indulgentes sentiendi credendique Libertinismo. Quæris: quo nomine huius furfuris homines appellat? סעפִים vocat, sed quare? ratio in promptu est, nam, rupium instar, elati sunt, & periculum minantur, pro arrogancia sua neutri se parti addicentes, sed nunc huc nunc illuc tendentes, modo Deo seruientes, modo Baal. Itaque verendum est, ne, verum Dei cultum, rectumque de Deo sensum, tam fœdo tergiuersatione sollicitantes, ipsam religionis doctrinæque veritatem in dubium vocent, incautos decipient, ac tantum non patulas atheismo portas aperiant. Quæ cauſa est, cur paſſim in scripturis Deo male auditant. Is enim סעפִים odit per Dauidem, increpat per Eliam, de tam fœdo confortio dehortatur per Paulum, immo per eum.

(\*) Philolog. Sacr. L. V. Tract. I. c. X. p. m. 275.

(\*\*) Commentat. de ἀνθρώπῳ, supra cit. p. m. XVI.

eundem pro mere impossibili declarat, bibere poculum Domini & poculum dæmoniorum 1. Cor. X, 21. Itaque neminem, qui suus esse studet vult distrahi in diuersum jugum cum gentibus, 2. Cor. VI, 14. Quæ, quanto attentius animo perueluo meo, tanto pluris verba facio VICTORINI STRIGELII, (\*) hæc dicta, inquietis, diligenter meminerimus ad vitandas confusiones aut fucosas conciliationes religionum. Nemo enim potest duobus Dominis seruire, sed aut Deo aut Diabolo servendum est, quia inter hæc extrema nullum est medium. Tam grave monitum, his maxime temporibus necessarium, solerter investigata suppeditauit, verbi δύω impropre accepti, significatio. Interea satis liquere ex his omnibus, puto, scopuli notionem, tam apud sacros quam profanos scriptores, sensu fæpe capi tralatitio, eidemque, tali modo acceptæ, & ad res alias applicatæ, generatim quidem inesse significationem siue periculi siue danni, siue alius cuiusdam incommodi, quod quis, negligēta cautione, sentire ut plurimum debet. Immo & illud hinc constare arbitror, scopuli vocabulum quodammodo coincidere cum notione scandalī, saltem dati, dictum namque famumque & exemplum praurum publicum est inſtar saxi, in quo quis incurrens impingit aut etiam collabascit, vti bene monet FEVERBORNIVS Opp. theol. fasc. V. Disp. IV, n. 23. p.m. 798.

## V.

Jam, quæ sit cogitatio hujus similitudinis, quando eam transferimus ad hymnos sacros, nunc speciatim indicandum est. Quod antequam fiat, de ipsa hymni notione, &c, quæ ei adjacent, nonnulla obseruanda sunt. Scilicet τὰ υπερ vocabulo, a quo τον υπενεγένετο, quod est carmine celebrare aliquem, descendit, generatim quidem laudis conuenit ac concelebrationis idea. Licet enim, obseruante celeb. WALCHIO, (\*\*) ea-

B 3

dem

(\*) Commentar. ad h. l. p. m. 254. Lips. 1591. in fol.

(\*\*) Dissertat. de hymnis ecclesiæ apostolicæ §. II. Jenæ 1737.

dem vox in rebus etiam mali ominis, nec laude dignis, a veteribus potissimum tragicis fuerit adhibita, immo ἕμνος de vituperio, non laude, apud eosdem dicatur, certum tamen atque exploratum est, eam, in noui fœderis libris, tantum in bonam partem sumi, & laudis ideam eidem vindicari.

## VI.

Cujus celebrationis objectum, si profanos consulas auctores, antiquissimis temporibus, abusu satis notabili, Deos constituisse Deasque, hoc est, idola gentilium, quibus, lapsu temporis, heroës, aliique homines annumerati sunt, ex ANTONII van DALE antiquitat. ex marmoribus descriptis, summe venerabilis Dn. D. DEYLINGIUS, (\*) ostendit. Qui, dum obseruat, apud gentiles olim homines certos, ad hymnos, in magnis solennitatibus publice cantandos, auctoritate quidem magistratus, constitutos fuisse, ἔμνωδες καὶ συνυπόδει appellatos, recte concludit: quanto magis Christianos decet esse ἔμνολογος & paeanistas veri Dei? Decet certe, & constat, gentem eam, si ab hebræa dicesseris, apud quam eadem colendi Dei ratio locum non postremum inuenit, hanc sacrorum partem longe reuerentius habuisse, quam alia gentes in vniuersum omnes. Dum enim diuino fruerentur lumine, merito sibi duxerunt religioni, alii, quam vero Deo, hunc deferre honorem. Hinc Apostolum hymnos legimus præcepisse cantandos, non idolis, non numinibus fictitiis, nec scedis hominibus, sed τῷ ιησῷ Col. III, 16. Ephes. V, 19. Apostoli vero ipsi vel in carcere caneabant, & προσευχομένοι, ἔμναν τὸν Θεὸν. Act. XVI, 17. Quibus vel præceptionibus vel exemplis commoti christiani illi, qui, prima aetate, excellenti in JESUM fide vni omnium maxime florebant, PLINIO referente, (\*\*) non omiserunt, statio die ante lucem conuenire, carmenque Christo quasi Deo

(\*) Obseruatt. Sacr. P. III, p. m. 337. seq.

(\*\*) L. X. epist. 97.

*Deo dicere secum inuicem.* Ex qua veterum christianorum consuetudine, quod obiter addo, non modo constare potest, per *περιον*, quem Paulus hymnis celebrandum præcepit, post Patrem & Spiritum S. Christum potissimum intelligendum esse, huic enim quasi Deo cecinerunt, christiani, quorum ad Trajanum mores & religionem Plinius exacte resert; sed & illud inde manifestum euadit, quando ejusdem consuetudinis TERTULLIANVS, Patrum Latinorum antiquissimus, injicit mentionem, sed ita, vt codices Opp. ejus MScti, vt vt auctoritate pollentes, pro verbis: *Christo quasi Deo*, legant: *ad canendum Christo & Deo*, hæc ultima potius ex Plinii epistola, tanquam exactissima, ita emendanda esse, vt legamus: *Christo ut Deo*, sicut ex SIEGEBERTO HAVERCAMPIO, opp. Tertulliani editore non postremo, (\*) celeb. WALCHI-  
VS l. c. §. XVI, erudite obseruauit.

## VII.

Admittit hoc discrimen SPENCERVS, (\*\*) & objectum hymnorum apud Judæos quidem solum verūm Deum, apud gentiles vero idola fuisse, recte contendit, sed eo vertit, vt inferuat hypothesi, qua, sicut aliis ritibus Judæorum omnibus, ita musices in genere, & hymnorum sigillatim sacrorum usui, antiquos gentium, sacra celebrantium, mores, occasionem præbuisse, statuit. Cum vero magnus alioqui & disertus ille antiquitatum ecclesiasticarum scrutator ab affinitate rituum ad relationem eorum respectu originis inter se, semper quidem, sed confidenter nimis, concludat, quod περιτον  
Viri Φευδος, in eruditissimo de legibus hebr. ritualibus opere admissum, merito appellaueris; prætereaque frustra supponat, musices omne genus prius viguisse in sacris gentilium, quam illud

(\*) Legatur interim celeb. HEVMANNVS in poecil. T. I. L.  
I. p. m. 25.

(\*\*) De legibus Hebr. ritual. L. IV. c. III, edit. Tubingens. p.  
m. uoi. seq.

illud peculiari quodam præcepto, de quo is maxime contendit, translatum sit ad sacra Judæorum, & vero, duce omni historia sacra, in proclui sit, demonstrare, (\*) usum cantus, tanquam partem cultus diuini nobiliorem, cum ipsis prope modum hominibus cœpisse, feroque illo, siue præcepto, siue permisso diuino, haud satis valide pugnari pro afferendis repetendisque ab infidelium more sacris hymnorum originibus, veremur sane, ut finem, quem sibi propositum habuit, vir nostra laude major, consecutus sit ex voto. Quanquam enim, ad firmandam sententiam, græcorum Patrum urget consensum, parum tamen illud confert, quod facile concedatur, græcos patres plerosque, in ejusdem opinionis tramite, se sè præcessisse, perinde; vt ex recentioribus MARSHAMVM. Neque tamen, opinioni, in sè lubricæ, & parum piæ, inde aliquod robur accessurum esse, putandum, nisi statuas, multitudinem errantium caussæ desperatae parere patrocinium, quem vero concludendi modum, dudum est, quod sana ratio abnegavit, confer celeb. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFII eruditissimam *Diff. pralim. operi spenceriano præmissam*, Tübinger 1732.

## VIII.

Nolumus vero ostendendo huic hymnorum discrimini, per objecta, sibi opposita, notabili, diutius immorari. Nec ad illud digrediemur, quod oritur ex comparatione eorum cum psalmis & odis. Quapropter quomodo inter se differenti psalmi, hymni & odæ, num forte argumenti, quod olim complexi esse putantur ratione, ita, vt psalmi moralia, hymni theologiam stricte dictam, odæ vero diuinam de prouidentia

(\*) conf. b. WERNSDORFIVS diff. pec. de *prudentia in canticis ecclesiasticis adhibenda*. thes. I. & addatur b. JO. ANDR. SCHMIDII diff. de modo propagandi religionem per carmina, Helmst. 1710.

tia doctrinam tradidisse, dicendi sint, quorū sententiæ e  
veteribus HIERONYMVM, (\*) e recentioribus vero b.  
IAC. THOMASIVM, (\*\*) prolapsos esse meminimus. Aut,  
si petitum ab argumento discrimen, careat fundamento, quod  
quidem veri valde est simile, num ad modum cantus, veteri-  
bus recepti, illud referendum esse videatur, dicendumque  
sit, Paulum forte respicere tria canticorum genera, apud Ju-  
dæos vistata, &, vocabulis שירם משמרות תהלה comprehensa, quorum quodlibet peculiari, sed nobis incognito  
modo, fuerit cantum, ita, ut primum ad psalmos, secundum  
ad hymnos, tertium ad odas trahendum sit, ceu e veteribus,  
AVGVSTINVS, BASILIVS M. ac HILARIVS, e recen-  
tioribus vero STEPH. le MOYNE, & HENRICVS HAM-  
MONDVS existimarunt: (\*\*\*) licet hi postremi, magni suo  
tempore viri, dissensu suo efficiant, vt & huic discrimini pa-  
rum inesse soliditatis rerum intelligentes pridem notauerint.  
Enimuero quæ ex MOYNII mente Judæorum vox תהלה  
paulinæ τῶν φαλμῶν respondere dicitur, ea ex sententia HAM-  
MONDI conuenit potius in τας ὑμες. Et sane, si dicendum,  
quod res est, nihil omnino ista, a Judæis allata distinctione,  
efficitur, ad discernenda cantilenarum genera, a Paulo me-  
morata. Quod si enim cel. DEYLINGIO, (†) & b. WOL-  
FIO, (‡) præstantissimis philologis, credimus, voces illæ, an-  
tea nominatæ, procul omni notato discrimine, adhibentur in  
facris. Num vero etiam JO. ZACH. HILLIGERVIS, (||)  
C rem

(\*) Comment. in epist. ad Ephes. V, 19. tom. IV. opp. p. 387. edit  
JO. MARTIANÆ apud ven. WALCHIVM l. c. p. 16.

(\*\*) in prefationibus p. 525.

(\*\*\*) Ille in notis ad varia sacra p. 970. hic in notis ad Eph. V, 19.

(†) Obser. Sacrar. P. III. p. m. 338.

(‡) in curis philolog. & crit. ad Ephes. V, 19.

(||) in dissert. de psalmarum, hymnorum & odarum discrimine  
Vitemb. 1720.

rem acutetigerit, qui cel. WALCHIO, l.c. obseruante, psalmos de carminibus sacris, majore exparte a Davide compositis, & in libro psalmorum extantibus: hymnos de cantionibus, quæ in libris utriusque fœderis occurrunt, Mosis quippe, Deboræ, Salomonis, Esræ, Danielis, Habacuci, Zacharie, Marie, Christi atque Apostolorum, & odas, de carminibus non deuteronomio, sed ecclesiasticis, id est a viris, qui pietatis atque aliarum virtutum laude conspicui fuerunt, priuato studio elaboratis, interpretatur. Aut num instrumentorum musicorum usus solus fuerit proprius psalmorum, hymnorum vero, odarumque non item, quemadmodum SAL. van TILL rationes subduxit. (\*) Aut num recte sentias, si cum HOORN-BEECKIO (\*\*) tria cantilenarum a Paulo memorata exempla reducas ad duo, ita, vt odas spirituales, tanquam conceptum aliquem generalem, ideo ultimo loco a Paulo commemorari, statuas, vt intelligatur, has generis, illos specierum, sub istis complexarum, tueri locum. Quid porro de JO. CLERICI existimandum sententia sit, (\*\*\*) qui, tria ista vocabula, a Paulo adhibita, unum significare, contendit, quod, e nostratis, forsan praeunte FLACIO, (†) SCHOMERO, (‡) e reformatis vero, COCCEIO (|||) persuasum est. Hæc, inquam, & alia, ad hymnorum a psalmis & odis discri- men cognoscendum, facientia, scrupulosius rimari, aut etiam diuersa diuersorum judicia examinare, nostri non fert instituti ratio, nec, dijudicandis iis, parem, ne quid dissimulemus, fa.

(\*) Tractatus pec. sub titulo: *Sing- und Spiel-Kunst*, so wohl der alten, als besonders der Hebreer P. II. Sect. I. §. 1. p. 163, addatur JO. GEORG. JOCHII diff. ad Col. III. 16. de studio verbi diuini, Vitemberge 1727.

(\*\*) In miscellaneis sacris L. I. cap. II. p. 308.

(\*\*\*) In notis ad HAMMONDI nouum testam. ad Eph. V. 19. tom. II. p. 297.

(†) in clave, voce, sapientia.

(‡) exeges. in epistolas Pauli minores p. 107.

(|||) in Commentar. ad b. l. cit. JOCHIO, l.c. §. XXIX.

facultatem invenimus. Fuisse aliquod eorum discrimen, saltem tempore Pauli, non negamus, nam 1) Apostolus de tribus his cantionum speciebus, loquitur de re, tanquam satis nota, 2) nullam, interpretationem addit. 3) vniuscusque horum verborum radix siue origo certa est, atque euidens, & rei, de qua sermo est, optime congruens, quod, docente S. R. Dn. D. ROMANO TELLERO, (\*) Lipsiensium ornamendo, indicem dat differentiae, non omnino negligendum. Modum vero discriminis cum ignarissimis nos ignorare fatemur. Relinquimus hos scopulos criticis dijudicandos, ad ea pergentes, quæ majorem habent cum nostra tractatione cognationem.

## IX.

Quæ ut explicatius tradamus, minime omnium prætermittendæ nobis sunt hymnorum affectiones, quas, methodi caussa, in summam collectas, in internas dispescimus & externas. Ac illarum quidem vnicam modo deprehendimus, quæ petitur ab hymnorum conuenientia cum Scripturis. Sicut enim ad hanc tanquam ad lapidem quendam lydium reuocanda sunt, quæcumque, in ecclesiam recepta, nunc salutarem intellectus institutionem, nunc voluntatis inclinationem, promouere debent, ita & hymni, iidemque tanto quidem magis, quanto exploratius habemus, etiam hæresum propagatores, loquimur cum summo nostro Cypriano, (\*\*) ad errorum suorum fines dilatandos cantionibus, uti solere, non solum propter vim verborum & concentum, in iis conjunctum, sed etiam ob gratiam nouitatis, qua sit, ut vix ullam in rem appetentius ferantur homines, quam in cantus nouos, aut sibi ignotos. Nouit, nempe hæ-

C 2

re-

(\*) vid. dissert. sacr. ad caussas hermeneuticas spectantium de cas, p. m. 186. Lips. 1740.

(\*\*) Diff. de propagatione hæresum per cantilenas, edit. Londinenſ. 1720. c. IV. p. m. 12.

refis, quod idem ille sapienter addit, hoc modo mentes inermes  
occupari, & cum sonorum dulcedine nullum non errorem haurire  
paratas. Nulla enim hic cautio, provisio nulla. Quotus enim quis-  
que veretur, ne cum cantilenis noxia audiat atque discat? Satis ca-  
vere creduntur, qui fugiunt prava colloquia & libros perniciosos.  
Cantiones discunt canuntque complusculi, propter flexionum amabi-  
litatem, sunt, quam veritatis cupidiores. Unde prius quam senti-  
unt errores, suixerunt. Fallor, aut eam ipsam ob caussam re-  
pertii sunt in primitua ecclesia, qui, quoties recipiendae es-  
sent cantiones, studii humani, quæque non essent *natura ratiōne*  
*enī* de scripturis sanctorum canonum, ægre id ferrent. Quos  
et si, obseruante b. WERNSDORFIO, (\*) in viam reduxit,  
Concilium Toletanum IV. tamen insecuris temporibus reēte  
sintientes, vno omnes ore conspirarunt in eo, nullam in ca-  
nonem, cantus scilicet ecclesiastici, adsciscendam esse cantio-  
nem, nisi probatam & exactum cum scripturis consensum  
præstantem, vel, ut loquitur Synodus Turonensis II. que dī-  
gna sit forma cantari, quæque fide constet, ut est apud WERNS-  
DORFIVM l. c. p. 32. Nimirum nulla re magis curatiusue  
edoceri de diuinitate argumenti, quod quilibet hymnus con-  
tinere debet, postulumus, nisi instituta ejus accurata ad sacras  
literas exactione. Hinc demum rectum sobriumque judici-  
um feremus, num hic vel ille hymnus prædictus sit gustu il-  
lo spirituali seu sacra illa vi & efficacia, quæ facit ad commo-  
vendos hominum animos, retrahendosque a vanissimis hu-  
jus seculi deliciis ad intimum illud suauissimumque cum Deo  
commercium, cum nempe probe constiterit de ejus cum  
scripturis consensu. Enimuero quanto pluribus gratiæ, a ver-  
bo acceptæ, spiritusque, e verbo respirantis, notis fuerit im-  
pressus hymnus, tanto suauiores vehementioresque nunc ad  
intelligendum nunc ad sentiendum res spirituales, canentium  
in animis, aculeos relinquet.

§. XII.

(\*) Dissert. cit, thes. IX. §. I.

## XII.

Deum vero immortalem ! quot & quanti , instituto hymnorum examine , inuenti sunt scopuli ? Nimirum sicut multi eruditione & pietate præstantes viri in excolendo studio hymnico perquam seduli fuerunt , antiquos hymnos nunc explicando , nunc historiam eorum condendo , nunc memorabilia consignando , quorum nonnulli adducuntur , ab auctòribus relat . innoc . ad Ann . 1705 . p . m . 534 . sic inuicem non defuerunt , qui , quum animaduertarent , esse in ecclesia nostrate , non paucos , qui exemplo veterum hæreticorum , Valentini , Arii , Bardefanis , Harmoniique , hac arte vterentur , vt errores suos hymnis propagarent , officii ratione commoti , & , Athanasium secuti , Arium , ob miseras diuinulas impietatis sue , quas metris dissolutioribus & elumbatioribus infonare faciebat , culpantem , id sibi negotii datum esse crediderunt , vt hymnorum , a se probe examinatorum , cum scripturis consensum publice negarent , scopulosque adeo hinc inde in suspecta phrasologia occurrentes , notarent . Sed eadem illa cura nouos peperit scopulos . Enimvero , quem is negat consensum , hunc alius afferit , & , vtrumque adferre , obserues , illum assertionis , hunc negationis suæ fundamentum . Vterque certe refugium querit in parallelismo , in sui , quem deamat , hymni gratiam , cum scripturis instituto . Credas , hoc admoto ariete , alterum alteri vietas daturum esse manus . Nihil vero minus . Nam vtraque pars suum , quem instituit parallelismum , contendit esse genuinum . Itaque phrasis platonica , & , cuius non erroris suspeta , dicitur esse Spiritus Sancti . Si negas , adfirmat alter . Si perseveras in sententia , putat habere alter , cur exprobret tibi studium hæretificandi , objiciat φλωρίφων , traducat etiam assertas tuas e scriptura theses , odioso , i theologie cuiusdam formulariæ , scommate . Et quot non tui , contranitentis , cauſa , audiuntur querelæ de manifesta injuria , ducto ita , ab inuidia ,

C3

quod

quod quidem existimatur, arguento, alteri illata? Hem vere mare malorum! hem! scopulos, tibi sine, nauiganti, non modo graues, sed & ei, quam defendis & adstruis veritati, propemodum exitiosos.

## XI.

Fatemur, ea, quæ hoc dum recensuimus, esse maximi momenti. Neque tamen, quæ hymnum sacrum externe adsciunt, licet primo quidem intuitu, videri possint leuiora, ob eam caussam facile prætermittenda sunt, quod multi multos circa eam rem scopolos sibi visi sunt inuenisse. Sic defectum commemorationis auctoris in hymnis, in canonem cantus ecclesiastici relatis, deprehensem, ὑπελογιζομένοις τι prodere, multi sunt suspiciati. Quem in finem judicium antiquitatis, (\*) consilium que LVTHERI, idem improbantis, adducunt, immo auctores suasoresque esse solent, ut ab hymnis ἀνανεωμένοι penitus abstineatur, receptis vero, si causæ adsint idoneæ, nuncius mitatur.

## XII.

Porro dicendi genus poëticum, quod hymnis adhæret, multis graue fuit atque exosum. Ut de Brownistis nihil adferam de quibus HOORNBEECKIVS (\*\*) testatur, quod abstineant a psalterio in formam metricam redacto, propterea, quod id ceremoniale aliquid, aut paedagogicum, vel papale sonet ac referat, GISB. tantum VOETIVM (\*\*\*) commemorabo, qui luxuriantem, affectatam, & subinde ineptam, immo haud satis theologiam ac tutam sacrissimam poësin, in hymnis sibi visus est deprehendisse.

(\*) Sic, qui synodo Turonensi congregati olim erant, decreuerunt: se se post Ambrosianos, etiam Prudentii Sedulii & Vigilantii hymnos recepturos esse, præter ea, quorum auctorum nomina non fuerunt in limine prænotata, obseruante b. WERNSDORFIO l.c. p. 32.

(\*\*) in summa controversi relig. L. X. p. m. 799.

(\*\*\*) Politic. eccles. P. I. L. 2. tract. 2. c. 2. §. 3. p. 523.

diffe. Sigillatim in poësi LVTHERI, quod hæc sit aliquando vulgatior, vel seculi genio, & cereo in vitium flecti hominum gustui minus attemperata, multi sibi visi sunt inuenisse, quæ suppeditent caussam offensionis.

## XIII.

Plura, & forte majora, timeri, a melodiis, molibus illicis, & effeminatis, historiarum peruvolutantibus monumenta, obscurum non est. Sic ille Arii liber, *Oeλσα* vocatus, damnatus fuit a synodo Nicena, propterea, quod & errores Arii in se contineret, & præterea in eodem occurreret, dicens genus molle & solutum, atque sotadicis carminibus non absimile, sicut e *Sozomeni* hist. L. I. c. XXI. cel. CYPRIANVS l. c. annotauit. Sequioribus vero temporibus, quum neglecto veterum Christianorum simplicissimo cantu, qui, quod HEINECCVS obseruat, (\*) pronuncianti, quam canennū vicinior erat, adscitus esset Gregorianus ille, sensim paulatim que creuerunt melodiarum artificia, ita, vt suo jam tempore vereretur BERNHARDVS, ne levitate cantus homines abducentur a sensuum virilitate plus sinuandis vocibus intendentibus quam rebus insinuandis, vt est apud b. WERNSDORFIVM l. c. p. m. 40. Quid? quod Germanos legimus, aliquando Roman vocatos, ibique hæresios postulatos non ob cantilenas ipsas, sicut vetus docet traditio, a WAGENSEILIO repetita, (\*\*) sed ob

(\*) Abbildung der alten und neuen Griechischen Kirche P. III. c. 4.  
§. 7. p. m. 248.

(\*\*) Libro von Meister-Sängern p. 503. quem ea in parte corrigit auctor obs. XVII. de Cleri Romani controuerzia cum Clero Romano, circa Musicam ecclesiasticam, quæ extat Tom. VII. obseruat, seleçtar. ad rem liter. spectantium p. m. 378. Idem auctor l. c. obseruat, etiam nostro tempore prodidisse inuidum suum zelum circa monopolium artis cantatoriaæ Ludov. Maimburgium, Jesuitam, Marottum taxantem propter melodiæ in Psalmis Davidicis adhibitas, quas vocat vn chanson.

*ob nouos tonos, ab ipsis inuentos, quos grauitati Gregorianæ Antiphonarii Romanenses clamabant repugnare. Evidem negare nolim, hæc talia prodere dominatum fastumque quendam pontificium, sicut ex ALBERTI STADENS. chronico edit. Schilt. p. 234. auctor obseruat. select. in notis excitatus, palam facit, simul tamen patere existimo, etiam per tropos modosque musicos, quos tonos appellamus, ad hymnos applicatos, scopulorum numerum non minutum sed auetum fuisse.*

## XVI.

Sed & , si temporis rationem habeas, quo hymnorum quisque fuit confectus, multos reperies valde inter se dissentientes, vtrum vetustiores recentioribus an hi illis præstare putandi sint ? Sic quotquot vetustiores sunt, & a LUTHERO hujusque æqualibus profecti, judge WERNSDORFIO (\*) tantum spiritum produnt, tantam vim atque præstantiam ostendunt, ut tantum non a Numine ipso dictatos putas. Usque adeo curæta in iis grauia, solida, deuota, diuina inesse dicuntur. In recentioribus contra si a rhytmorum forsan eleganlia discesseris, cætera fere infra mediocritatem sunt posita. Idemque jam multo ante facultas theol. Vitebergensis, (\*\*) & post eam, CYPRIANVS, (\*\*\*) vir summus, asseruerunt, quorum judicia doctissimus pienissimusque SCHAMELIVS secutus est. (†) Inuicem occurunt, qui sibi religioni ducunt, de veteribus magnifice senti-

---

mol, & effeminé, qui n° a rien du tout de deuot & de Ma-  
jestueux comme le chant de l' Eglise catholique reglé par  
saint Gregoire, dans l' histoire du Calvin, L. 2. p.99.

(\*) dissert. cit. p. m. 65.

(\*\*) *Im Theol. Bedencken zum Hällischen Gesangbuch an. 1716.*

(\*\*\*) Diff. cit. c. V. p. m. 21.

(†) *Vorrede zum ersten Theil des Evangelischen Lieder-Commen-  
tarii edit. 2. Lips. 1737.*

fentire. Quicquid ea parte vetustatem sapit, hoc ipso, quod sapit, ad palatum non est. Hinc quando apud animum eorum constitutum est, noua condere hymnaria, fere nouas solummodo cantiones & odas exhibent, quæ tamen totæ, judge WERNSDORFIO, (\*) insulsi ineptisque formulis vermiculantur & scatent. Conf. SERPILIVS contra Damium p.m.109.

## XV.

Finem propemodum eorum, de quibus nunc sermo est, scopulorum fecisse, nisi illud *fata* prohiberent *duriora*, quibus hymni sacri, nonnunquam succubuerunt. Inter quæ primum merito locum occupant *mutationes* seu *textuum* potius, quibus hymni constant, fictiones atque refictiones. A quibus ne LV'THERI quidem hymni fuerunt immunes, quod cum suo jam tempore animaduertit ipse, tum grauiter indignatus est. (\*\*) Quod si caussam sciscitaris mutatarum cantilenarum Lutheri, existimem ego, *in odio* alteram, alteram in aduersiorum ejus *aftutia* quærendam esse. Ut vt enim historia sacra abunde testetur, totum prope orbem christianum votis omnibus expetiuisse repurgationem sacrorum, *in capite* quidem & membris suscipiendam, prouti vi- sum aliquando concilio Pisano est, (\*\*\*) ingens tamen eorum numerus fuit, qui, quum intelligerent, eam, licet non sine numinis prouidentia, opera LV'THERI, euenturam esse, ægerrime id ferrent. Itaque omni nisu Theologo, post hominum memoriam maximo, se se opponebant. Cumque

D

opus

(\*) l. c. (\*\*) vid. præf. ejus hymnario Vitembergensi de anno 1543. præmissa, & a JO. CHRISTOPH. OLEARIO inserta præfat. seiner jubilirenden *Lieder-Freude*. Arnstadt 1717.

(\*\*\*) vide Sacrorum emendandorum necessitatem afferentem celeb. DEYLINGIVM obseruat. miscell. exercit. XI. §. VI. p. m. 795. addatur cel. Cypriani prefatio, b. Wilhelm. Ernesti Tenzeli's historischem Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri, præmissa. Lipsi. 1718.

opus ipsum a Megalandro suscepsum, impedire non possent,  
 odio incensi, inuidiaque ducti, conuitis illud prosciendebant,  
 eorum veluti plausta conjicientes, nunc in reformationem  
 ipsam, nunc in reformatis personam, nunc in doctrinam ejus,  
 diuino quodam & elo traditam vindicatamque. Quo pacto  
 fieri non poterat, quin in hujus quoque contumeliae partem  
 hymni, abs se confecti, venirent, pessime deprauandi. Equi-  
 dem sunt e Pontificiis, qui LVTHERVM potius mutati in  
 pejus cantus reum faciunt. Ex his nomino tibi *Carolum*  
*SCHVLTINGIVM* s. quondam Theol. Coloniæ professo-  
 rem qui biblioth. eccles. T. IV. P. I. p. 49. plerasque inquit,  
*pulcherrimas ecclesiæ preces, latinas, germanicas dum veritatem, (sic,*  
*LVTHERVS,) peruerit, dum format, misere transformat,*  
*mutat, corruptit, ad hereticas suas opiniones traducit: de quo*  
*late supra in magno cantuali Wittenbergenst, quod fons est omni-*  
*um harum lacunarum. Inuenio Litaniam corruptam, sine inuoca-*  
*tione sanctorum. Cantiunculam piam: Regina cœli letare, corre-*  
*ctam reperio, folio 135. in enchiridio psalmorum & precum Luthe-*  
*ri 1557. impresso, de qua correctione eadem actum supra in psalmodia*  
*Luneburgensis Lucæ Loffii, omnia fere a nobis accepta, in germanicum*  
*rhitmice, ut placeant populo fabulæ translatæ. Verum enim uero, si*  
*rem rite ponderes, hæc a LVTHERO suscepta mutatio ipsi*  
*ad laudem potius valet, quam ad ignominiam, prorsusque ex*  
*vero judicat eruditissimus acerrimusque rerum a LVTHE-*  
*RO gestarum, hoc tempore vindex, JO. HENR. a SEE-*  
*LEN, (\*) qui vix adductam Schultingii cauillationem e libro e-*  
*jus, hodie rarissimo, primus protraxit in lucem, quando, hinc*  
*argumentum capiendum esse docet, pro veritate doctrinæ Lu-*  
*theranæ, ipsis etiam aduersariorum obtestationibus stabili-*  
*en.*

(\*) vid. Eclogæ ejus Lutheranæ, s. obseruatt. historiam & rem Lu-  
 theranam illustrantes, quæ extant in Stromat. Lutheranis  
 N. VIII. p. m. 380.

enda. Ostendant interim Pontificii, se tanta æquitate usos esse in hymnos LVTHERI, quanta is vñus est in hymnos veteris ecclesiæ. Annon potius dicendum est, quod plerosque pulcherrimosque LVTHERI hymnos, dum verterunt, peruerterint, dum formarunt, misere transformarint, mutilaverint, corruperint, & nefandum in modum traduxerint? Vt fidem dictis conciliemus, attendamus modo ad vnicam cantilenam LVTHERI; *Ach GOTt vom Himmel sieb darein Ec.* cuius primam stropham maledicentia aduersariorum ita pervertit:

*Ach GOTt vom Himmel sieb darein,  
Und laſſ dichs doch erbarmen,  
Wie hat Luther die Bibel dein,  
So gar verfälscht den Armen,  
Er lebret, der Glaub sey allein gnug,  
Man dörff kein gut Werck thun dazu,  
Bey allen Menschen Kindern.*

conf. GOEZIVS, dissert. pecul. de odio pontificiorum in hymnos Lutheri, qui hanc deprauationem ex hymnario quodam Ingolstadiensi adduxit. Aliam ejusdem strophæ corruptionem, e codice quodam MS. Flensburgensi, suppeditat a SEELEN, (\*) quæ eandem inuidiæ plenam, vt vt non iisdem elatam verbis, malitiæ prodit. Sic enim initium cantilenæ antea nominatæ peruersum legitur :

*Ach GOTt vam Hemmel se daran,  
Vnd lat dy des erbarmen,  
Wo gar hefft Lutter dyn Folck verwört  
Bedragen synt de Armen  
Dyn Wort be en nicht rechte leert,  
Den symplen Luden de wech vorkeert,  
De to der Salichkeit leydet.*

Quod ideo adduco, vt appareat, linguis calamisque maledicentissimis inter se veluti certasse aduersarios, cum, quantum

D 2

(\*) In selectis literariis p. m. 541.

tum odio inuidiæque dederint in corrumpendis Lutheri hymnis, demonstrandum esset. Plura hujus corruptionis exempla qui nosse volet, is adeat b. SERPILIVM l. c. p. m. 102. sq.

## XVI.

Ecquis vero est tam dissimilis homini, qui non moueat hujus offensione turpitudinis? Cum ea certe ita comparatum fatemur esse, ut & optimo cuique fastidium parere, & offensis facile retorquendi ansam præbere potuerit. Sed spiritum mansuetudinis secuti Lutherani, merito sese abstinuerunt a reponendis calumniis, quibus tandem in magnum sui opprobrium aduersarii seipso confuderunt, id omnino perspicentes, se se summis tali modo ecclesiæ ædificatoribus nomine pares esse futuros, veritos præterea, ne hoc pacto rem religionis suæ magis impediant quam juuent. Itaque aliam, astutia nempe, viam ingressi, destiterunt quidem ab inferendis carminibus Lutheri opprobriis, imperitis tamen id sunt persuadere conati, non esse LVTHERI, sed veteris ecclesiæ hymnos, quorum nunc passim, ciuitate germanica donatorum, inualeat vsus. Hinc Schultingum supra audiuiimus afferentem: *omnia fere a Papistis accepta esse*, loquitur uero de hymnis Lutheri. Consentient alii apud SERPILIVM l. c. p. m. 103. Itaque astute quidem sed non satis prudenter, maximam hymnorū LVTHERI partem sibi vindicarunt, sic, ut in eorum hymnariis passim inuenias cantiones nostrates: *Herr Christ der eingē Gottes Sohn &c. Wenn mein Ständlein vorbanden ist, &c. Herr Jesu Christ wahr Mensch und Gott &c. Vom Himmel hoch, da komm ich her &c.* Idque non sine fructu euenisce, ipsi negare non possunt, licet subinde, mutatio-ne instituta, suum immiscuerint fermentum. conf. b. JO. FRID. MAYERI peculiarem dissertat. qua, quantum Pontificiis reformatio b. Lutheri, ipsis non differtibus, profuerit, jam olim iuit demonstratum.

## XVII.

## XVII.

Eandem cum Socinianis mutationem, hymnis LVTHERI intentatam, suscepérunt Reformati, de quibus vid. SERPILIVS l. c. p. m. 107. sq. Cumque hoc malum diu multumque fatis, nec obscure, sed extra ciuitatis nostræ pomœria, veluti virus quoddam, serpsisset, tandem nostram pariter occupauit ecclesiam, sed ira, vt initio eam in rem nonnulli peccasse viderentur prorsus leuiter, nam & mutationibus suis finem bonum intendebant, & eas quidem ab omni errore imunes volebant esse. Quorsum STOECKIVM retulerim atque STOCKFLETHIVM, utrumque Episcopum, illum in Holsatia, hunc in Marchia Brandenburgica generalem. Quanquam ii omni conatu suo, vt vt, quod ipsis videbatur, innocentie, efficere nequaquam potuerunt, vt rerum intelligentibus viris probarentur. conf. S. R. CLVGIVS in historischen Berichte vom neuen Nordhäus. Gesangb. p. m. 19. Quo magis BVSCHIVM miror, virum de re hymnica alioqui præclaremeritum, qui, dum anno 1737. librum emitteret sub titulo: Evangelische Lieder-Theologie, non dubitauit pariter, ad varias hymnorum interpolationes animum applicare, ob eam rem merito notatus ob au<sup>τ</sup>oribus παλαιοντων An. 1738. p. 307.

## XVIII.

Omnium vero pessime de hymnis publicis meriti sunt, qui ad eas immutandas nec sine bono, nec sine errore, studiose intruso, accesserunt. Sic DAMIVS omnes illas cantiones, qui doctrinam de justificatione, Liberatoris satisfactione nixam, sermone puro h. e. orthodoxo & ad spiritus S. mentem sentiamque proxime accedente, traderent, mutilauit, & pro conceptibus veris erroneous suos substituit, sicut post SERPILIVM l. c. REINBECKIVS docet. (\*)

D 3

XIX.

(\*) Tractatione Theolog. de redēmptione per λυτρόν Halæ Magdeb. 1710. sigillatim præmonitis auctoris isti tractationi præmissis

## XIX.

Damum secuti sunt, quotquot exemplo veterum hæreticorum ad errores suos vel incrustandos, vel propagandos carmina noua nunc conscriperant, nunc vetera immutarunt: quorum hæc ætas nostra proh! multo fuit feracissima, saltem, si per nouaturientes stetisset, non habituri eramus ullam e pristinis cantionibus piis illis & sobriis, ab errore quodam sottico immunem. Vnicum modo eorum nominabo ex recentioribus hymnorum corruptoribus, *Ludouicum* nempe *Gerhardum*, (\*) impii systematis de ἀποκαταστάσει rerum omnium defensore male sedulum, qui grauem illam spirituque plenam cantionem: *O Ewigkeit du Donner Wort &c.* si per ipsum staret, cuperet prorsus immutatam, notandus ideo in παλαιωνοντων ao. 1731. p. 785.      XX.

Non vero a mutationibus solum, sed ab omissionibus etiam & rejectionibus hymnorum fata, quæ ipsis passim incubuerunt, arcessenda sunt. Omissione ipsa vel integras cantilenas vel aliquos earum loquendi modos spectauit. De quibus omnibus suo tempore & loco plura.

## XXI.

Tandem enim ad *judicia varia* de hymnis in se bonis sed fine diuerso lata, deueniendum est. Sic BARCKLAIVS, Quakerorum facile antesignanus, morem istorum hominum, sacra publica sine cantionibus facientium, defensurus, ad abusum hymnorum, in publicis cœtibus, propter conditionem plerorumque non optimam, satis obuium, speciose prouocat, atque ideo omnem cantum ex ecclesia eliminatum cupit. *Quod ad formalem cantandi modum*, ait ille, *hunc abusum peculari-*

---

vbi obseruatum legitur: prodidisse libellum cantionum in districto certo, (*Hohnsteinenſi*) in quo cantica illa, quæ satisfactionem Christi docent, vel plane sublata, vel interpolata fint, sine sufficienti cauſa. p. 23.

(\*) vid. ejus vollständiger Lehr-Begriff des evvigen Evangelii C. V. §. 780, sq. ao. 1727.

riter habet, quod inde frequenter horrenda & abominanda menda-  
cia, in conspectu Dei, confidenter dicantur. Quæris rationem &  
causam? responderet ille: Dum omne genus profanorum & impiorum  
personare beati Dauidis conditionem, & experientias non du-  
bitant, quæ quoad eos falsa sunt, neque quoad eos solum, sed & quo  
ad alios magis sobrios & mundos. (\*) Is igitur ex ratione in se,  
vt videtur, satis graui, de psalmis & aliis id generis cantilenis  
judicat, sed fine, quod appetet, non optimo.

## XXII.

Sunt ex nostratis, qui eadem prorsus ratione commoti, de hymnis quidem publicis judicium ferunt, sed fine prorsus alio. Attendent illi quidem hymni & eum canentis conditionem, sed non ideo, vt omnem carminum sacrorum usum & cœtibus publicis proscribant, quem potius reuerenter ha-  
bent & tractant, verum, vt ostendant, cautione immo probatione tui ipsius sedula opus esse, dum carmina dicere Deo constituis, ne, quando optima eorum verba ore profers, vi-  
ta & moribus, professioni contrariis, teipsum vel in suspicio-  
nem epicureismi & hypocriseos, adducas, vel ipsam, quam profiteris fidei religionem, ludibrio exponas. En! quædam hujus judicij exempla. Sic STRYCKIVS, (\*) ad quæstionem, quam tacitus format: an cantilenas alias, neglectis psalmis Dauidicis, satius sit introducere? respondet: *Nos quidem fate-  
mur melius esse loco multorum hymnorum receptorum, qui sine spiri-  
tu conscripti sunt, psalmos Dauidicos introducere, sed operandum etiam eset, populum eodem spiritu, quo conscripti sunt psalmi, illos canere posse.* Hinc porro inter manifestos abusus referendum esse docet, *quod in toto cœtu,* (vtimur verbis Stryckii,) *nimirum* sepe hymni canantur, quos paucissimi, & interdum vix tres ex vero sensu canunt, v. g. *JEsu meine Freude &c. Meinen JEsum lass ich nicht &c.* qui toti, quod addit ille, agunt de plenisima abnegati-  
one

(\*) Apologia latina, thes. XI. p. 261. apud ven. CYPRIANVM l. c.  
Cap. III. p. m. 9.

(\*\*) Dissert. de Jure Sabbathi c. IV. p. m. 126. sq.

one mundi & sui ipsius, hos hymnos dum canit populus, annon plerique Deo in faciem mentijuntur? Itaque, pergit, melius esset, in publicis cœtibus tales hymnos rarius canere, & non sine premonitione, ut plurimum vero tales, quibus aliquid a Deo precamur. Quæ quo fundamento moneantur a JCto, antiquos terminos in rebus, ad ritus ecclesiæ pertinentibus, sâpe præter necessitatem movente, alio tempore dispiciendi dabitur occasio. Jungamus eidem Theologum, nominis inclyti & non morituri. Is est celeb. MOSHEMIVS, qui, pro eo, quo pollet, raro judicij acumine, eo descendit sententia, vt statuat, vix periculosiores, veræ seriæque pœnitentiæ remoras neci, quam, si, procul adhibita cautione, vñlum cantilenarum: *Wo soll ich fliehen bin &c. HErr, ich habe missgehandelt &c. Ach GOTT und HErr &c.* in publico cœtu admittas. Digna sunt ejus, vt vt prolixiora, quæ hic legantur verba. Ita autem ille: (\*)  
*Es stehen in unsren gemeinen Gefangbüchern viele Bußlieder, worinnen die Affecken der Wehmuth, der Traurigkeit, der Angst, der Furcht eines wahrhaftig bußfertigen Sünders, sehr lebhaft vnd nachdrücklich ausgedrückt vnd vorgestellet werden. Dergleichen sind die Lieder: Wo soll ich flieben bin &c. HErr ich habe missgehandelt, &c. Ach GOTT vnd HErr, wie gross und schwer &c. Die gebundene Vbersetzungen der Psalmen Davids, vnd andere mehr, die man leicht finden vvoid. Diese Lieder sind von ihren Dichtern, sonder allem Zvveiffel, nicht für alle Menschen ohne Unterscheid, sondern nur für diejenigen aufgesetzet vworden, deren Herze so beschaffen ist, dass sie die Worte, vvo nicht ganz vnd gar, doch meistentheils auf sich ziehen können, für gebeugte Sünder, mit einem Wort, die mit David den Zorn des HErrn fühlen, vnd vor Vnruhe des Herzens sich nicht zu finden wissen. Einige derselben haben die Bevvegungen, die sie selbst empfunden, durch diese Lieder abschatten, vnd ihr Herz, so zu reden, vor GOTT ausschütten v wollen. Andre haben denen, die nach der Weise der Betrübten gerne den Kummer*

(\*) Sitten-Lehre der heiligen Schrift P. I. Sect. 2.c. 1. §. XI. p. m.  
 410. column. b. sq.

mer ihrer Seelen durch Worte, oder durch eine Beschreibung ihres traurigen Zustandes erleichtern vvolten, vnd die Worte nicht vvohl finden können, zeigen vvolten, wwie sie ertva reden, vnd ihre Noth fürstellen könnten. Es gehören also diese Lieder nach den Absichten ihrer Verfasser, in die Häuser und in die Kammern derer, die in der so genannten ersten und grossen Buße stehen. Vnd vvir lassen sie ohne Bedenken in den öffentlichen Versammlungen singen, worin zuweilen kaum einer, ja selten einer ist, der sich die Worte, die er auspricht, vnd singet, zueignen kan. Ist dieses nicht ein Missbrauch, den vvir billig abschaffen solten, um den Vorwurff eines unvernünftigen Gottesdienstes von uns abzuwälzen? Was bedeuten die Worte: Wo soll ich fliehen hin? Weil ich beschweret bin, mit viel vnd grossen Sünden; wo soll ich Rettung finden? wenn alle Welt herkäme, mein Angst sie nicht wegnahme? Was bedeuten diese Worte, wenn sie aus dem Munde der meisten Glieder unserer Gemeine geben, die so unbeschritten an Herzen und Ohren sind, und so sicher und unbüßfertig dahin wvalen? Sie bedeuten nichts, und sind ein leerer Thon, mit dem der, von dem er kommt, keine Begriffe und Gedanken verbindet. Vnd w wäre dieses noch zu dulten, setzt man denn nicht die rohe und unbefönnene Welt, indem man sie dergleichen Lieder singen lässt, die sie nicht angeben, in der gefährlichen und schädlichen Einbildung, an der sie ohne dem krank lieget, immer fester, daß man seine Sünde bekenne und bereue, wenn man Worte und Redens-Arten heraus flöst, die man vermutlich brauchen würde, wenn man seine Sünden erkennen und bereuen wolle, und deren sich heilige und gottselige Leute bedient haben, da sie ihre Sünde würtcklich erkannt und bereuet haben? Kan einem unbekirten dem ein Lied von dieser Art zu singen, aufgegeben w wird, etwas leichter und natürlicher einfallen, als dieses: Die Lehrer der Gemeine, die den Willen des HErrn besser, als ich, verstehen, heißen alle einen sehr bevveglichen, betrübten, und vvehmütigen Gesang anstimmen, ungeacht sie wissen, daß die allermeisten in der Gemeine sehr weit von den Gedanken und Bevvegungen, welche die Worte des Liedes abbilden entfernet sind. Sonder Zzweifel bestehet demnach das Wesen der Buße darinn, daß man sich so traurig, als es möglich vor dem HErrn stelle, und seine Gnade nicht anders, als wwie das Mitleiden eines Mächtigen dieser Welt, durch vvohlgevvehlt-

te, vnd klägliche Worte zu erlangen sich bemühe. Ich habe alles gethan, was ich schuldig bin, wenn ich zu Hause mich ebenso verhalte, und mit eben solchen Worten die Gerechtigkeit des Richters zu erwieichen suche, als ich in der Versammlung gebrauchet habe. Vnd heist es nicht neben dem auf gewisse Art das Heiligste entheiligen, wenn man Worte, die der Geist des Herrn denen, die sich seiner Regierung überlassen gleichsam eingeflößet, mit Fleiss in den unreinen Mund solcher Leute leget, die ihn täglich durch ihren Widerstand betrüben? Der Spötter, der etwa zugegen ist, wenn etwa eine ganze Gemeine, in der niemand ein Zeichen einer unabrennen Traurigkeit sehen kan, Gott einmütig versichert, daß sie mit Angst und Verzweifelung ringe, freuet sich, daß er etwas in unsrer Gottesdienste gefunden, daß er in der Gesellschaft seiner Brüder hernach belachen und durchziehen kan. Der Fromme, der aus dem Zeugniß seines Gewissens weifs, daß er in dem Bunde der Gnaden stebe, und durch keine Angst der Seelen beunruhiger wird, hält es für ratsamer zu schwiegen, als seine Stimme mit der Stimme der Gemeine zu vereinigen, weil er sich scheut die göttliche Allwissenheit durch Unwahrheiten zu beleidigen. Equidem nihil habeo, quod in argumentis, pro demonstrando hoc scopulo, allatis, magnopere desiderem, sicut & ingenue fateor, me Viri incomparabilis merita, ὅμολογυμενως magna, omni animi obseruantia venerari ac colere, tamen, si recte sentio, ipse timendo facit, ut timeam, ne sint multi, qui, quando legent verba antegressa: doch eines werden wir bey nahe gedrungen hinzu setzen, ungeachtet wir nicht wissen, ob es uns alle zu gute halten werden, forte existimabunt, virum insignem, dum haec scriberet, intra se se fuisse penitus convictum, non æque velocius hunc scopulum indicari, ac detegi, atque statim futuri sunt, qui credant, ad eum, e medio tollendum, neminem plus virum ingenii habere atque nerorum, quam ipsum celeb. virum. A quo proinde objecti dubii solutionem tanto facilius speramus, quanto magis ex viuerso literatissimorum hominum cœtu, id quisque mihi dabit, neminem facile, si nostri ordinis viros spectes, inuentum iri, qui subacta jundi.

dicandi facultate & respondendi dexteritate ei sit antepo-  
nendus,

## XXIII.

Sicut vero is, graui momento inductus, & sine magnopere laudando, de quibusdam ecclesiæ nostræ hymnis publice judicare instituit, sic ex vero quidem existimat larvatus ille MELODIVS, scribens: *Vnser Buss-Lieder, die vvir in Gesangbüchern haben, sind fast alle auf solche Sünder gerichtet, wuelche recht grosse Angst der Seelen, vvegen ibrer begangenen Sünden haben.* (\*) Sed, ubi ad finem respicio, quem ille judicando sibi constituit, vix alium inuenio, præter convitiandi libidinem, non paucorum ecclœ nostro verbi diuini ministrorum famæ arrosione explendam. Fingit enim sibi, (& cur fictionem non nominem, cum, quod apparet, neminem eorum, quos inculpat, sigillatim indicarit,) fingit, inquam, sibi nonnullos tam impudentes, qui audeant hæreses propemodum dicam scribere iis, qui majorem pœnitentia gradum, grauiter delinquentibus tam necessarium, asserunt. Ita enim pergit: *Vnd doch muß man sich vvundern, daß so viel Prediger zu vnsern Zeiten so unverständig sind, daß sie bey nahe den verkätzern, der von großer Traurigkeit und Angst zur Zeit der Bisse reden wwill:* Hic aut Melodium, par est, istis suis jactatis, & in opprobrium aliorum sparsis, adjicere vim veritatis, aut necesse est, credere, eum tanto se impudentiæ criminè facere reum, quanto stupiditatis alios se obstrinxisse, fide nondum satis digna, contendit. Idque videmur procul injuria postulare posse, quod ille cauillando finem non facit, sed persequitur, scribendo: *Sie hätten den majorem pœnitentia gradum unter einem andern Nabmen, denn vvenn sie einen vor sich bekämen, der sei ner Sünde vvegen sich rechz sehr ängstigte, vnd traurig w wäre, so sprächen sie: er vverde vom Teuffel schrecklich angefochten, oder das böse Gevissen sey bey ihm aufgevacht, gleich als vvenn das Aufvvachen des Gevissens vwas anders als Contritio w wäre, oder*

E 2

als

(\*) Vom Einfluss göttlicher Wahrheit in den Willen p.m. 356.sq.

als vvenn des Teuffels Anfechtungen mit der Sünden-Reue nicht verknüpft seyn könnten. Nimirum totus Melodianus foetus enixus est fini, vt ejus, tanquam alterius Ismaelis opera, diuinioribus doctrinis, partim, partim eam profitentibus illudatur (\*) quo vel sic tandem posteritati, si qua futura est, constet,

(\*) Calumniam omnium grauissimam, ipsi nec MELODIO jurandam, deprehendo l. c. p. m. 518. quando Lutheranos, in vniuersum omnes, solo SPENERO, & affectis ejus, exceptis, tam supinæ ignorantiae, dicam, an grandis malitiæ insimulat, qua adfectos, eo temeritatis processisse, contendit, ut doctrinam de CHRISTO, ejusdemque merito, tradiderint admodum mutilate, vrgendo nimirum solummodo meriti tanti pro tollendis peccatis efficaciam & virtutem, non item ostendendo, que pæto ab eodem illo efficacissimo merito studium quoque sanctitatis ~~der~~ oporteat deriuari in homines. Audiamus finifre pronunciantem, ne ei injuriam intulisse videamur: *Wir Lutheraner, inquit, haben bey nahe 200. Jahr fast von keinem andern Verdienst gewoufft, als dass uns Christus durch sein Leiden Vergebung der Sünden verdient, und ervorben, und haben also Christum zum blosßen Sünden-Vergeber gemacht, auch die Menschen auf keine andere Ergreiffung des Verdienstes Christi geleitet, als dass sie nur die verdiente Vergebung ergreissen, und sich solche appliciren solten.* Verearis, profecto, non sine caufa, ne citius ruat cœlum, quam assertis suis fidem conciliet MELODIVS. Sed quid ille? Securum teab omni isto metu jubet esse, ipse securus. Dictorum probationem desideras? en! cumulum earum, pleno vt ajunt, modio tibi admetendum. Jubet enim te attendere ad nostratum, non vnius & item alterius, sed omnium, habitos sermones sacros. Hos testes esse voluit pudenda mutationis in argumento tam graui, tamque salutari occurrentis. Si hos repudias, tanquam obtorto collo & minus ad rem, aduocatos, nouos ille & veluti oculatos hujus corruptionis testes tibi sifit, hymnos nempe sacros, a nostratis confessos, & doctrinam de merito sanctissimi liberatoris complexos quidem, sed ea parte, vt existimat ille, valde mancos. Audi, quæso, denuo, sed confidenter

stet, diuino quodam judicio, non alia, nisi Ismaelitica huic fœtui fata obtingere potuisse. Mittamus vero MELODIVM,  
& qui eum merito, tantisper saltē, nobiscum detestatur, &

E 3

odit,

nimir, pronunciantem : *Alle Predigten, und alle Lieder sind blos von dieser verdienten Wohlthat voll.* Habes breue &, si verum fateri velis, admodum leue probationum pondus. Cauue tamen, existimes, nos nullo modo carituros fuisse institutione illa salutari, quæ docet , per passi pro nobis & crucifixi Liberatoris meritum fide apprehensum, studium quoque sanctitatis in nobis suscitatum, &, tanquam eximium quendam fructum in vere credentes, vt vt nihil ejus promeritos, deriuatum iri, si vel maxime SPENERVS non venisset; statim enim a latere MELODIVM habebis, monentem, subdubitanter licet: und die Lehrer würden vielleicht noch bis auf diesen Tag von keinem andern Verdienste zu sagen wissen, wenn nicht D. Spener, und seine Nachfolger, die andere verdiente Wohlthat unsres Heylandes, nebmlich die Kraft der Erneurung, und die Gnade der Heiligmachung bekannt, und die Heiligung so gut, als die Vergelbung der Sünden zum Endzwecke des Leidens Christi gemacht hätten ; vorüber sie aber bey den Unverständigen bey nahe zu Ketzern gemacht wurden. Iniquum vero LVTHERVM ! qui CHRISTVM quidem prædicauit, sed tantum dimidium. Iniquiores nos, qui, tam cœcum tamque peruersum ducem fecuti, ne nunc quidem dimoueri possumus ab ea, quam is semel nobis monstrauit, via Profecto, si, que MELODIVS adfert, tantum firmitatis habent, quantum habent calumnias, actum erit de omni illa siue veritatis siue pietatis laude, quam, suscepit reformationis cauſa, totus propemodum orbis Megalandro vindicauit, & quam piis nostris majoribus merito vindicandam habemus. De b SPENERI laudibusque & meritis nihil detraictum cupio, vt vt MELODIVS eidem in rebus, ad grauitatem Theologi pertinentibus, *confuetum timorem, eine gewöhnliche Furcht, tribuat,* l. c. p. m. 376. illud tantum moneo, (i) SPENERVM vix æquo animo laturum fuisse immodicæ & veritati plane repugnantis laudis encomium, in opprobrium maxime aliorum ipsi ad-

odit, ad Cl. Dn. M. ADAMVM BERNDTIVM accedamus, de cantione : *JEsu deine tiefen Wunden*, ita judicantem: *Es w wäre nöthig gevvesen die Connexion zzwischen dem Leiden Christi, und zzwischen Vermeidung der Wollust deutlicher zu zeigen.*(\*) Sed leuis est scopulus, quod fatemur, neque tamen suo tempore & loco intermittemus quin, quæ, pro remouendo eo, via ineunda sit, tutissime commonstremus.

## XXIV.

Grauiora utique sunt, quæ professi aduersarii *judicando* attulerunt. Etsi enim, quod antea attulimus, vix dubitar ipso test, fore plerosque inter ipsos etiam aduersarios, qui, si verum fateri velint, existiment, opera hymnorum LVTHERI se se multum profecisse in promouendis sacrorum suorum commodis, tamen non minus certum est atque exploratum, odium eorum aduersus hymnos nostros sæpenumero esse prorsus internecinum & vatinianum. Quid propter hymnum illum, heroico spiritu plenum: *Serua Deus verbum tuum &c.* HOÖRNBEECKIO teste(\*\*) in anglicam, belgicamque linguam translatum, sæpenumero illi tentarint, inter omnes constat: nunquam tamen, virulentius dicam, an truculentius, nobiscum egerunt, quam, cum, publicis etiam scriptis

meritum. (2) columnias Melodianas facile retundi, dummodo obserues, nostrates, cum b. LVTHERO, CHRISTVM spectare non modo vt *donum* sed & vt *exemplum*, inculcare, non modo *fundamentum* sed & *ordinem salutis*, & vtrumque quidem, præeunte ipso Spiritu veritatis, in *theoria* distinguere, in *praxi* vero docere, esse coniunctissimum. Legatur omnino solidissima Dn. a SEELEN dissertatio de reformatio*n*e Iutheri specante etiam ad *mores*, quæ inserta est Stromat. Lutheranis p. m. 56. seq.

(\*) vid. ejus *Sitten-Lebre und Leben des Glaubens* ao. 1736. in 8.  
& conf. die Fortgesetzte Sammlung de ao. 1738. p.m. 78. & 90.

(\*\*) In miscell. sacr. L.I. c. XI. p. 315. conf. Haufenii pietat. melicam in præfat.

ptis, criminati sunt, propter eundem illum, quem vix nominauimus hymnum, Augustanæ Confessionis socios *pace religionis* esse indignos. Prodiderunt illud iniquitatis judicium JCTI quidam catholici, siue potius PAVLVS LAYMAN-NVS & LAVRENTIVS FORERVS, uterque Jesuita, peculiari quodam, sed in A. C. ejusdemque auctores ac socios valde injurio libro, cuius, hodie rioris, titulum indicat Vir doctissimus, saepe nobis & iterum honoris ac obseruantia causa nominandus Dn. JO. HENR. a SEELEN, qui & irritos ejus conatus grauiter detexit, & abominatus est. (\*\*) Liceat vero solidissimis egregii hujus Viri obseruationibus superaddere & illam: bene monuisse Theologos Saxonicos in der Haupt-Verteidigung, passim, per pacem religionis veritati doctrinæ celestis nullo modo periculum creari, & viam præcludi, eosdemque præterea, inuenientis argumentis probasse, (\*\*\*) luculenta in A. C. pace religionis firmata descripti Antichristi, Romæ quærendi, vestigia deprehendi. Quid igitur peccatum est a nostris aut indignum pace, qua fruuntur, religionis, patratum, quando iidem illi doctrinam LVTHERI, e scriptura haustram, & symbolo, auctoritate publica recepto, comprobata, heroicoque hymno assertam, non modo retinuerunt, sed & in hodiernum usque diem, quoties de Anti-Christo illo magno sermo est, scapham scapham appellare non dubitant? Quo magis vereor, ut laudi duci possit, si qui ex nostris fuere, qui vel intempestiuo placendi studio abrepti, vel, metu periculi, adducti, vel alia denique, quam status vocant, ratione, commoti, satius fore, existimauerunt, abstinere a precibus per hymnum citatum aduersus Romani Pontificis, tanquam Anti-Christi, furores, directis, quam eas, cum aduersariorum offensione, diutius retinere. Quasi ve-

ro

(\*\*) Dissert. de Pseudo JCTorum Dillingensium sic dictæ pacis compositionis scriptorum irritis econatus, quæ IX, est in Stromat. Lutheranis, p. m. 392. (\*\*\*) l. c. toto capite 99.

ro Deo & ejus Spiritui, qui corruptelas filii perditionis in verbo suo manifestauit, non magis obediendum sit, quam hominum, prava jubentium, vel etiam appetentium affectibus? Conferatur SERPILIVS l. c. p. m. 505. quisimul, quod obiter addo, ad sententiam illustris Dn. BOEMERI, versionem hujus cantici *latinam a JO. STRIGELIO profectam*, ipso *autographo germanico*, quod LVATHERI est, antiquorem facientis, atque adeo, verba germanica: *Vnd' fleur des Pahſt und Türk'en-Mord* &c. ad exemplar latinum, cuius eadem verba ita se habent: *& frange vires boſtum*, examinanda esse, contentis, (\*) eleganter & solide respondet.

## XXV.

Sed nolo cumulare scopulorum exempla, rem potius huc dum copiose disputatam, definitione complectar. *Per scopulos nempe in hymnis sacris passim occurrentes*, intelligo primario quidem dicta, siue loquendi modos hujusmodi, qui hymnum sacrum interne quidem constituant, sed consensum cum ὄποτε πωτει sanorum verborum aut ægre praefstant, aut tantum non mentiuntur; secundario vero facta, hymnum quidem sacrum externe, sed, variis modis, comitantia, e quibus singula ita comparata sunt, ut in ea, tanquam in scopulos, impingentibus, periculum aliquod & damnum, siue verum illud sit, siue apparens, conflari posse videatur?

## XXVI.

Sed ad hos scopulos, vel e medio tollendos, vel caute deuitandos, opus esse reor non alio nisi της ἀνθεμίας remedio, legitime applicando. Itaque in hujus quoque notionis enodanda vi & efficacia, intelligo, non nihil esse collocandum operæ. Sed eam in rem ferias mihi fecisti, FRATER, qui pererudita tua commentatione theologica, supra jam excitata, satis ἀνθεμίως explicuisti, quale studium, quantamque animaduersiōnem in se complectatur ἀνθεμία illa, Theologo, in omni munieris sui parte, tam necessaria. Siue enim in ὄνοματολογίᾳ in-  
tuar

(\*) Dissert. de jure precum public. Halæ 1705. p. m. 42. sq.

tuear siue in περιγματολογια, utrobiisque inuenio memoratu digna, & ad vim neruumque vocabuli penitus introspiciendum, apprime accommodata, ita, ut hic publice profiteri non erubescam, ejus me commentationis lectione non modo mirifice esse captum, sed hujusmodi etiam doctrinæ semina legere sparsa, quæ inter vulgaria minime collocanda esse statuo. Unicum est, quod egregiis tuis obseruatibus addo, idque spectat ad usum vocis apud Patres quosdam græcos occurrentem. Ex his, præente celeb. Dr. PFAFFIO, (\*) primo quidem loco, nomino Tibi ORIGENEM, qui της ἀνθεβειας vocabulum adhibet ita, ut rem eo nomine significatam, applicatam voluerit ad lectionem codicis sacri, eo jam tempore variantem. Audiamus ejus verba. Sic enim ille in Commentarij. in Io. f. 131. ε καταφροντεον, inquit, της περι των ὄνοματων ἀνθεβειας των ἀπαραλειπτων βελομενω συνενεγε τα ιερα γραμματα. Το μετογικήμαστηθεν εν τοις ἐλληνικοι ἀντιγραφοις τα περι των ὄνοματων πολλαχοις και ἀπο τετων ἀν της πειθειν εν της ενανγελιοις, i. e. interprete HVERGIO, non contemnenda est accurata circa nomina diligentia ei, qui voluerit probe intelligere sacras literas. Peccatum quidem frequenter fuisse in Euangeliis ad nomina quod attinet, in Græcorum exemplaribus facile quis hinc persuadeatur. Quod si verum est, quemadmodum nemo rerum gnarus dubitat, το ἀνθεβεις respondere τω δοκιμω, & LVCIANO auctore, vti e cel. DELLINGIO bene obseruas, (\*\*) numus non adulterinus & δοκιμος dicitur ἀνθεβεις των τυπων, caussam habeo, cur suspicer, Originem per την των ὄνοματων ανθεβειων nihil intelligere voluisse aliud, præter quæstissimum illud studium, circa genuinas & cum ὑποτυπωσει των νυμανοντων λογων exacte conuenientes codicis sacri lectiones, occupatum. Eadem sine dubio mens fuit, PETRO ALEX. siue quicunque demum auctor est fragmenti illius Patchalis, a DIONYS. PETAVIO sub finem Vranologij

F

sui

(\*) In Syntagma, dissert. theol. c. I. §. 6. p. m. 24.

(\*\*) Commentat. I. de ἀνθεβεια §. III. p. VII,

sui editum, qui horam mortis CHRISTI tertiam ex Jo. XIX,  
15. asserturus, ad Euangelium Johannis, quod omnium diutissime creditur fuisse seruatum, prouocat, ὡρα νῦ, inquit, ὡτε πέτη παθως τοιούτη βιβλίου περιεχει. (\*) Non est hujus loci, multum disquirere, quousque patres quinque priorum seculorum mentis suæ acie in res sacras, critice dijudicandas, penetrarint, quorsum vid. b. BVDDEVS Isagog. c. III. §. IV. p. m. 549. Nec mihi res futura est cum Deistis, ex hac patrum nonnullorum adhibita ἀνεψεια concludentibus : Sacrorum bibliorum libros ita interpolatos corruptosque fuisse, ut inter genuina & spuria distinguere nunc nemo ualeat : cum potius contrarium inde patescat & omnis illa, Patribus adhibita ἀνεψεια, indicio sit, si vel maxime eo jam tempore euangelia supposititia extiterunt, nunquam tamen germana & genuina eorum exempla ita defuisse, horum ut ad αὐτεγγιαν veluti ad lapidem quendam lydium probari examinarique adulterata nequiuierint : frustra certe laborassent, omnisque eorum opera in commendanda applicandaque ἀνεψεια suscepta, abiisset in fumum, siquidem omnem omnino in arte critica facultatem indubitataque eo perueniendi media Patribus degemus. Conf. quæ celeb. PFAFFIVS (\*\*) & b. RAMBACHIVS, (\*\*\*) ille in ORGENIS hic in HIERONYMI aliorumque gratiam attulerunt. Id ego, rem fini meo accommodatam, obseruo, callidos vocabulorum, tanquam rerum dogmatumque vehiculorum, æstimatores patres primitios fuisse. Vnde neminem fore confidimus, qui nobis vitio vertat, si, patrum vestigia lecuti, in posterum quoque examinandis iis hymnorum phrasibus, in quibus inest quædam heterodoxias suspicio, quam diligentissime inhæreamus, sic tamen, ut veræ illius minimeque fucatae ἀνεψεια extrema duo, ex altera quidem

(\*) conf. PFAFFIVS l. c. p. m. 139.

(\*\*) l. c. c. I. §. 9. p. m. 30.

(\*\*\*) Institut. hermeneut. L. III. c. IX. §. V. p. m. 678.

dem parte, subtilitatem nimiam, ex altera vero insolentem illum pertinacemque sententiae obstinationem, quam præcistatem barbare dicunt, studiose vitemus. Scilicet, ut omne institutum nostrum, qualecumque licet, definitione complecta-mur, per ~~anæbæw~~ illam, in Theologia hymnica necessariam, intelligimus diligenterissimum illud studium, & animaduersionem plane singularem, cuius beneficio, verbo veritatis, in timore Domini, adjuti, adhibitis quidem subinde prudentie regulis, circa extantiora dicta & facta, que hymnum sacrum nunc constituant, nunc comitan-tur, & aliis cum reuera sunt, tum videntur esse offensioni, ita castæ integre, sobrieque versamur, ut vera a falsis, grauiora a leuibus, & inanibus, certaque ab incertis & dubiis probe separantes, tandem, quid distent æra lupinis, cognoscamus, atque adeo, promota diuini Numinis gloria, & proximi salute, etiam theologie hymnicæ suam vindicemus dignitatem.

## XXVII.

Apparet ex hac definitione, cuius singula momenta in posterum v.d. enucleate trademus, nostram qualemque operam in dijudicanda phraseologia hymnorum maxime versaturam esse. Cum enim judicio b. MARTINI CHEM-NITII, at quanti viri! ecclesia tantum debeat esse grammatica, hoc est, non debeat fingere res nouas, aut noua dogmata gignere, sed ea, que à Spiritu S. tradita sunt, debeat discere ex genuina significatione vocabulorum, quibus in tradenda doctrina cœlesti, scriptura vtitur, (\*) sponte consequitur, idem quoque studiu-m oportere adferri ad hymnos sacros, qui non modo de ecclesia sunt, sed & propterea sacri dicuntur esse, quod & sacrum argumentum tractant, & in sanctam Christi ecclesi-am recepti sunt, fini, vt plebem rudiorem, opitulante Spi-ritus S. gratia, in veritate sanctificant, prætereaque custodes sint & testes doctrinae diuinitus reuelatae ac traditæ, quod sane fieri, nisi grammaticam Spiritus S. teneamus in hymnis, nullo modo potest. Videmurque ista opera tanto quidem

F 2

mi-

(\*) In locis theol. P.II, p. 217.

minus supersedere posse, quanto major eorum, qui hymnos condiderunt, est numerus, quorum phraseologia cum διδασκαλίᾳ ὑγιαινούσῃ aut plane nullam, aut certe difficultem, conciliationem admittit. Quo in examine et si æquitatem judicij, quanta fieri potest, prudentia, vbi vis sequemur, ne aut in næuis numerentur, qui non sunt, aut in partes inuitos trahamus, aut denique procaciter inuehamur in aberrantes, veremur tamen, ne sint multi, qui vastissimum hoc, & plenum scopolis mare ingredientibus nobis, objiciant alios scopolos, qui tuto præternauigari, nisi, præeunte commoda responsione, non possunt. Itaque, aggresso altero huius commentationis capite, quod remouendis quibusdam obiectiōnibus occupabitur, ostensaque ipsius argumenti necessitate, eos ante omnia audituri eramus, qui, castra Libertinorum secuti, objiciunt nobis theologiam quandam formulariam, à disciplina CHRISTI, vti quidem illi putant, alienam, sed hoc nostro conatu denuo introducendam, & quæ sunt ejus generis alia. Quibus omnibus pro virili solutis, succedere poterat specimen aliquod scopolorum, è cantione: *JESU hilf siegen Etc.* procul omni conuictandi libidine, modo solius tuendæ ἀνθετικῆς theologicæ ergo, eruendorum & tollendorum, quo vel hac ratione, nonnullorum admirationi, de nobis quidem, tale vnquam cogitare, & scribere, ausis, excitatae, tandem satisfiat, & in primis precibus amici cujusdam & fratris, ea de caussâ sententiam nostram flagitantis, locus relinquatur. Verum enim vero, cum raptim & properanter meæ qualescumque vel responsiones vel obseruationes effundenda non sint, sed cum quadam cura elaboranda, bona Tua lectorumque venia, hoc, quicquid est, operæ alii temporis referuo.

Ad TE potius redeo,  
FRATER SVMME REVERENDE,  
& de omni felicitate tua, quam adhuc Numen optimum TI-  
BI

BI indulsit, impense lator. Per multa sane sunt, atque præclaras dona, quibus, præ multis aliis, TE esse voluit diuina sapientia præditum. Ingenium nobile, idemque multiplicata diuine rerum diuinorum ac humanarum scientia politum, linguarum maxime orientalium, quæ ad explanandum faciunt, peritia singularis, eruenda veritatis diuinioris sancta capacitas, & tenenda tuendaque solertia ac cura, ornate grauiterque dicendi facultas, omnium denique ætatum priorum, res in ecclesia gestas continentium, haud vulgaris notitia, dotes huiusmodi sunt, quæ cum rarissimis facile comparantur. Ad quas accedit, quod præcipuum est, quod eas ornat maxime, quodque in fumum abire earum nullam sinit, ipsius Dei regimen Spiritus. Sic enim omnibus istis dignitiis vteris, vt earum usum legitimum adhibeas, fœundæ hujus arboris fructus maturos reddas, horum denique numerum ita rationem habeas, vt ea scenerata ecclesiæ merito dicamus. Scilicet, quam aliis commendas in doctrina, vita & moribus ~~æxq;seb;av;~~, eam facto exemplo ita exprimis, vt dona, naturaliter insita, cum iis, quæ sunt Spiritus, non modo conjungas, sed & gloria diuinæ, finibusque Deo gratias, ac honorificis, religiose consecres, ad res honestas, graues, necessarias & salutares, cum perpetuo *vnius necessarii respectu*, cultuque applies, atque ad Te ipsum aliosque, vere sapientiores reddendos, prudenter dirigas, vt nihil in illo donorum usu sit, quod Theologum dedebeat, quod Spiritum Christi, siue clam, siue palam extinguat, aut suffocet, quod denique impedit villo prætextu *το ζηλεδαι τα Χαρισματα τα ηγετονα*, siue studium feruens ac perpetuum præstantissimorum illorum donorum, quæ ceteris omnibus præferre, sanctissimo Zelo, Paulus Apostolus, imperat, I. Cor. XII, 31.

Quod si celeberrimo WEISMANNO (\*) graues fuerunt

F 3

at-

(\*) vid. *orationes ejus academicæ*, pag. m. 223. Tübinger 1729.

atque santicæ caussæ edifferendi triste illud argumentum :  
 cur tot eximia Dei dona, nostra maxime ætate, vt plurimum sine  
 fructu pereant? intelligo, non minores mihi esse, celebrandi  
 gratiam diuinam, quod mentem tuam, in disciplinam Spiriti-  
 tis traditam, ita rexit atque flexit, vt non sine voluptate  
 cognoscamus, partim ex interiore quam ducis vitæ ratione,  
 partim ex scriptis, germanam solidamque pietatem spiran-  
 tibus, (\*) nihil prius TIBI nihil antiquius haberi illa *narratio*  
*τον χριστον* Sapientia, quæ certe efficit, vt multa videas, quæ  
 alii ignorant, multa gustes, aliis fastidita, multa assequaris,  
 à quibus alii absunt longissime, multa denique euincas, ac  
 obtineas cum triumpho diuini Nominis, in quibus nihil aut  
 parum proficiunt, qui, gratia inhabitante destituti, sanctum  
 illum *αναζωντυσμον*, puritate conscientiæ, precum feroore,  
 cordis custodia, exercitiorumque frequentia, laboris assiduitate,  
 actuum quorumvis viuacitate, perficiendum, segniter sinunt  
 languere.

Gratulor TIBI hoc nomine, aut potius ecclesiæ, in cuius  
 gratiam, eximias tuas dotes, Numine quidem benedicente,  
 ita

(\*) Respicio potissimum piam illam & solidam de peccatis quæ piis, incaute agen-  
 tibus, obrepunt, deque precibus piorum, quibus repulsa à Deo ferunt, tra-  
 tationem, anno 1736. Lipsiae editam, itemque illas diuersorum argumentorum  
 orationes sacras, quibus, exemplo, gentium Doctoris, inductus, sancto quodam,  
 & à pseudopoliticorum prudentia huius seculi cultorum longe remotissimo stu-  
 dio, solarum animarum lucri faciendarum causa, omnibus omnia fieri contendit,  
 ibidem 1739. in lucem emissas. Quæ omnia oratorem sacram, apte, ornate,  
 distinetque dicentem, & aculeos in animis legentium relinquentem, produnt.  
 Vt taceam varias & siue nitorem styli, siue argumentorum selectum, species,  
 commendatissimas exercitationes illas, quibus, in scholis constitutus, emisis, sa-  
 cras pariter & literarias res egregie adiutum iusti, quorum numerum init. T. IV.  
 actorum historico - eccles. appendix p. m. 1136. qui, & monumenti illius optimo  
 Numini pro præstis beneficiis, abs TE erecti, & aliquot sermonibus sacris  
 constantis, & comment. I. de *ἀναζωντυσμῳ* in munera sacri administratione nostra ætate  
 summopere necessaria Torg. 1740. facit mentionem. Quibus tamen omnibus tan-  
 dem adiicienda est elaboratissima tua dissertatio inauguralis prior & posterior  
 de interpretationibus scripturae sacre satis piis, sed minus accuratis, qua virtutem in-  
 diatriamque tuam prorsus egregie nobilitasti, Lips. ad D. VII. & IX. Febr. 1741.

ita excoluisti, vt dubium non sit, quin eidem maturitate scientiæ, judicii soliditate, consilii copia, experientiæ incremento, diligentia, fortitudinisque robore, inseruias quoque impostorum. Quartum TE *oīvedeiξe* (\*) seu euocatum voluit diuinum Numen, & vbique gratia sua, quod euidem, memini, gratissima TE humillimaque mente prædicare, Tibi adfuit ita, vt eius *ēveγyeiα* suffultus, fructum facere multum potueris atque copiosum. Quo etiam factum est, quod, non minus, in non postremis diuinæ erga TE voluntatis, documentis gratissimus numeras, vt certatim sibi expetierint, quæsierintque virtutem Tuam, ecclesiæ partim, partim academiæ. Qua in re sicut longe felicior es b. Jo. TARNOVIO, Rostochiensium quondam ornamento, & sacrarum literarum interprete longe felicissimo, de quo, teste b. FRISCHMVTHIO, (\*\*) scribere aliquando, nescio tamen, num fatis ex vero, non dubitauit SIXTINVS ab AMAMA: *ecclæsias euangelicas ignorare videri pretium hujus Viri*, ita ex animi sententia precor, vt, quamdiu militantis ecclesiæ interfueris, (intersis autem quam diutissime!) Deum non minus propitium habeas, quam bonis omnibus, qui virtutes tuas suspicunt & admirantur, existas gratissimus. Itaque porro, actisque & habitis, pro collatis in TE eximiis dotibus, optimo Numini gratiis, pro earum incremento, & secundarum rerum omnium, quibus vteris, prosperrimo successo.


(\*) Verbi *oīadēnovoθει* apud sacros profanosque scriptores eam esse significationem, vt denotet, *consecrationem* & *designationem ad munus aliquod*, ex LUC. X., 1. & ACT. I, 24. PLVTARCHO item & DIONE CASIO, erudite obseruat celeb. DEYLINGIVS in obseruati. miscell. F. I. p. m. 392. fq. qui simul vindicat BASILIVM M. libro de Spiritu & C. XXVII. *āadōiθiv τε ἀρτη της ἵκασσου* commemorantem quidem, sed Pontificiorum, solemní, symbolorum eucharisticorum, simulac consecrata sunt, elevationi, quam adorationis causa fieri volunt, minime tamen fauenter.

(\*\*) vid. exercitium eius acad. ad loca quadam Scriptura illuſtranda Deut. XXXIII, 2. Psalm. L, 2. Esaï. XXI, 7. Malach. IV, 5. 6. Jo. XVI, 7. quibus Turcarum, Persarumque doctores, Muhammedem veri nominis & à Deo promissum fuisse preprobata, probare satagunt. §. 7. Jenæ 1685.

successu, semper vota nuncupo, præcipue hac tempestate, qua intelligo, nulla re magis indigere agitatum variis discriminibus eccliam, quam Viris Tui similibus, hoc est, talibus, qui pro incorrupta veritate, e purissimis Iraclis fonte elicita, tanquam pro aris & focis, pugnant, & eam, cum germana illa solidaque pietate coniunctam, habita ybiuis veræ angēbens ratione, constanter tuerantur & adserant.

Faxit Deus, vt, diu sospes agas & incolumis, vt honoris nouum decus, sententiis suffragiisque adeptum, virtuti semper reponet tuæ, tanquam imago viro, vt itidem occupationes grauissimas, in ἐπιστολης, TIBI creditæ, functione sustinendas, semper levet fructus gloriæ futuri seculi, qui tanquam merces, virtuti & sollicitudinibus tuis gratiōe promissus, TE maneat; vt interea, antequam iste fructus ad TE redeat, præsentissimo semper diuino fruaris præsidio, quoties e voluntate Heri tui TE accingis, ad exsequendam ejus voluntatem, seu τε βασιλαρια τε ὄνομα τε Κυριος ἐνωπιον τε λαζ, quibus significantissimis verbis, a JO. HENRICO SCHARBAV eleganter expositis, (\*) tum Ananiam, de sua ad Paulum legatione anxiū, vt intrepido animo proficisceretur, informat, tum grauitatem muneris Paulini indicat ipse Dominus Act. IX, 15. Annuat candidis meis votis Deus, & quod repetitis precibus voueo, TE, cum TVIS, ex animi sententia jubeat valere. Quod reliquum, est, id, velim TIBI persuasum habeas, me summo studio & contentione in id incubitum, vt amicitia nostra, licet vniā modo, sed suavi data occasione, contrafacta, nunquam oblitteretur, meaque cura in tuendo augendoque tuo in me amore sic eluceat, vt non tantum TIBI, sed & aliis, testatissimum sit, futurum neminem esse, quamvis multi sint, qui TE mirifice diligent, qui mihi in TE amando & colendo respondent. Hoc si TIBI, qualicunque hoc scripto, cuius & tenuitatem æqui confulas, & tarditatem benebole excuses, velim, declarare potero, vt non verba TIBI dedisse, sed rebus id confirmasse, intelligas, id, quod maxime mihi in votis est, me consecutum esse putabo.

(\*) In obseruatt. sacr. P. I. p. m. 137.







99 A 6909

ULB Halle  
003 931 315

3



SL

VD 17

Rehio

Hi. 69.





B.I.G.  
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-236692-p0055-3  
DFG

M. AVGVSTI GVILIELMI  
REINHARTI,  
ECCLESIAE HERINGENSIS PASTORIS PRIMAR. ET  
CONSISTORII ADSESSORIS  
DE  
SCOPVLIS QVIBVS DAM EX HYMNIS  
CVM AKPIBEIA, COLLIGENDIS,  
COMMENTATI<sup>O</sup> I.

---

AD VIRVM  
SVMME REVERENDVM, AMPLISSI-  
MVM ATQVE DOCTISSIMVM  
DOMINVM

**JO. CHRISTIANVM  
STEMLERVM,**

THEOLOGVM DOCTRINÆ PARITER ET GER-  
MANÆ ILLIVS SOLIDÆQVE PIETATIS LAV-  
DE EXCELLENTEM,

HODIE APVD TORGAVIENSES PASTOREM PRIMARI-  
VM, ET EIVSDEM DIOCESEOS EPHORVM GRAVISSIMVM AMICVM  
SVVM ET VETERANVM, ET VENERANDVM,

**SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES,**  
LIPSIÆ HOC IPSO, QV<sup>O</sup>I AGITVR, ANNO MDCCXXXI.  
SOLENNI RITV CAPESENTEM,  
ΦΙΛΙΑΣ ΕΝΕΚΑ, ET CONGRATULATIONIS  
ERGO PERSRIPTA.

---

SONDERSHVSAE,  
LITERIS IAC. ANDR. BOCKII, TYPOGR. AVLICI.